Dicitur negando ꝯſequentiã vt in priori forma conſimili vnde nõ eſt ita de iſta propoſitione va de cõtingenti futuro ſicut ē de vna alia propoſitiõe vera vel falſa de preſenti que ē determinate vera vel determinate falſa vnde de talibus bene valꝫ huiuſmodi argumẽtũ q: ſi aliqua talis poteſt eſſe falſa poſtq̃ꝫ fuit vera vel econtra iſta poteſt incipere eſſe falſa vel econtra. ¶ Et poteſt etiam mutari a veritate in falſitatem id eſt fieri falſa poſtq̃ꝫ fuit vera ⁊ econtra. Sed ſic non ē de propoſitionibꝰ de futuro ⁊ maxime de negatiua que non poteſt mutari a veritate in falſitatẽ ſicut nec affirmatiue poſſunt mutari a falſitate in veritatẽ vñ notandũ ē quod propoſitio affirmatiua de futuro in materia cõtingenti poteſt incipere eſſe falſa poſtq̃ꝫ ipſa fuit vera ſicut iſta tu eris aliquãdo erit falſa poſtq̃ꝫ fuit vera. Sed nunq̃ꝫ poteſt aliqua affirmatiua de futuro falſa incipere eſſe vera nec eſt poſſibile ꝙ ipſa erit vera poſtq̃ꝫ fuit falſa. Et ecõtra ē de ꝓpoſitione negatiua de futuro de materia contingenti. Ipſa enim poteſt mutari a falſitate in veritatẽ ⁊ poteſt incipere eſſe vera poſtq̃ꝫ fuit falſa ſed nõ poteſt icipere eſſe falſa poſtquam ipſa fuit vera vnde illud ꝙ prius dictum ē de hac propoſitione iſta anima erit demonſtrata aĩa antexpi. ſ. qđ iſta poteſt eſſe falſa ⁊ non põt incipere eſſe falſa ſoluꝫ tenet gratia materie quia per ſubiectũ iſtius ſignificatur res que non poteſt corrumpi licet ipſa poſſit non eſſe. ſ. aĩa intellectiua vñ cõceditur ꝙ iſta propoſitio. ſ. aĩa antixpi erit poteſt incipere eſſe falſa poſtq̃ꝫ ipſa fuit vera ⁊ cauſa ē quia aliquãdo erit ipſa anima quando non erit anima antichriſti q: aliqñ erit iſta aĩa quando antixp̃s non erit ideo ⁊c̃. Et nõ poſſunt iſte propoſitiones de futuro ſic mutari a falſitate in veritatẽ ſicut alie contingentes de preſenti quẽadmodũ dictũ ē quia eo ipſo quod aliqua talis affirmatiua de futuro modo ē vera ſic ſignificando: ſequitur quod ipſa nunquã fuit falſa ſic ſignificando ⁊ hoc vbi iſta propoſitio eſt de terminis ſimplicibus ⁊ mere ſimplex ſicut ē iſta homo erit. Sor. curret plato diſputabit ⁊ huiuſmodi in alijs tamen propoſitionibꝰ de futuro que ſunt de terminis compoſitis vel includentibꝰ cõpoſitionẽ non ē impoſſibile ipſas incipere eẽ veras poſtq̃ꝫ fuerunt falſe ſicut prius dictũ ē in primo ſophiſmate. Et in tertio de iſtis ꝓpoſitionibus ſortes erit omnis homo qui erit in hoc loco vel in iſta ciuitate ſor. erit tantꝰ ſicut erit plato ⁊ ſic de alijs huiuſmodi. Iteꝫ arguitur ad principale ſic. a. neceſſario erit ⁊ nullũ. a. erit niſi anima antixpi erit: ergo aĩa antixpi neceſſario erit ponatur quod. a. erit totũ tp̃s in quo antixp̃s erit vel in quo eius anima erit ⁊ arguitur vt prius ſed tunc forte conceditur conſequentia ⁊ negatur ꝓpoſitio minor. ſ. quod nullũ. a. erit niſi anima antixpi erit ⁊ hec reſponſio ſatis ē ꝓbabilis reſpondendo ad argumentũ ſicut ad vnaꝫ obligationem ſed iſta reſponſio non vadit ad argumentũ ſicut alias dictũ ē de conſimilibꝰ reſpõſionibus ideo arguitur contra hanc reſponſioneꝫ ꝓbando hanc minorem ſic quia ſi anima antixpi erit nulluꝫ tp̃s erit in quo anima antixpi erit niſi anima ãtixpi erit ⁊ ſi ſic: igitur nullũ inſtans erit niſi anima antixpi erit illa enim conuertuntur. ſ. iſte terminus. a. cũ iſto toto complexo tempus in quo anima antichriſti erit modo: ſequitur nullum tempus erit in quo omnia antixpi erit niſi anima antixpi erit ergo ⁊c̃. ideo ꝓ iſto forte cõceditur minor ſed negatur maior hec. ſ. a. neceſſario erit dicitur enim forte ⁊ male quod hec. a. neceſſario erit iplicat qđ anima antixpi neceſſario erit qđ ē falſum. Sed contra hãc reſponſionẽ arguitur ſic ꝓbando hanc propoſitionẽ. a. neceſſario erit quia hoc tempus neceſſario erit ⁊ hoc ē vel erit. a. ergo. a. neceſſario erit conſequentia patet ⁊ antecedens ſimiliter quia hoc ē totũ tempus eternũ: ergo hoc tempus neceſſario erit. Et in hoc tẽpore erit anima antixpi: ergo hoc ē tempus in quo antixp̃s vel eius anima erit ergo ipſuꝫ ē. a. ideo forte dicitur ad hoc argumẽtũ ſicut dicendũ niſi volueris omnino cauillare ſicut prius tactum ē negando conſequẽtiã ſicut non ſequitur aliquis ſciens antixp̃uꝫ eſſe futurũ neceſſario erit ⁊ nullus ſciens antixp̃uꝫ eſſe futurũ erit niſi antixp̃us erit ergo antixpꝰ neceſſario ē futurus ē enim antecedens verũ ⁊ cõſequens falſuꝫ. Nam deus qui ſcit antixp̃uꝫ eſſe futurũ neceſſario erit Et tñ nullus qui ſcit antixp̃uꝫ eſſe futurũ erit niſi antixp̃s ſit futurus pro tanto quia niſi antixp̃s ſit futurꝰ nullꝰ ſcit antixp̃m eſſe futurũ ⁊ ſi nullus ſcit antixp̃m eſſe futurũ nullus qui ſcit antixp̃m eſſe futurũ erit ⁊ ſic a primo: ſequitur ꝙ nullꝰ qui ſcit antixp̃m eſſe futurũ erit niſi antixp̃s erit ⁊ cõſimiliter reſpondetur ſi ponatur ſicut cõmuniter ponitur ꝙ. a. ſit maximũ tẽpus incipiens ab hoc inſtanti in cuius nullo inſtans antixp̃s erit arguendo tũc ſicut prius. a. de neceſſitate corrumpetur ⁊ nõ corrumpetur niſi antixp̃s erit: igitur antixp̃s de neceſſitate erit dicitur enim quod nõ valet conſequẽtia ſupponẽdo ꝙ ille due cõſequẽtie conuertantur. ſ. hec nũc facta ⁊ iſta maximũ tempus incipiens ab hoc inſtans in cuius nullo inſtans erit antixp̃s de neceſſitate corrũpetur ⁊ nullũ maximũ tp̃s incipiens ab hoc inſtans in cuiꝰ nullo inſtãs erit antixp̃s corrumpetur niſi antixp̃s erit: ergo antixp̃s de neceſſitate erit antecedẽs eniꝫ ē verũ ⁊ cõſequẽs falſuꝫ ⁊ verificatur illud antecedẽs oĩno ſicut in priori exẽplo verificabatur illud antecedẽs ibi poſitũ. Sed ad huc forte arguitur contra iſtam negatam probando. ſ. ꝙ ſi. a. de neceſſitate corrumpetur ⁊ nõ corrũpetur niſi antixp̃s erit antixp̃s neceſſario erit quia: ſequitur hoc de neceſſitate corrũpetur demõſtrato. a. ⁊ hoc nõ corrũpetur niſi antixp̃s erit: ergo antixp̃s de neceſſitate erit hec cõſequẽtia ē bona ⁊ hec cõuertitur cũ priori quia in iſta ſolũmodo. a. demonſtratur ꝯtinue ergo ⁊c̃. Et ꝙ iſta cõſequẽtia ſit bona arguitur ſic quia ſequitur hoc corrũpetur ergo antixp̃s erit ꝯſequẽtia ꝓbatur q: ex oppoſito ſeqtur oppoſitũ ſequitur eñi antixp̃s nõ erit: ergo hoc nõ corrũpetur ſicut eñi aſſumptũ ē in priori ꝯſequẽtia hoc nõ corrũpetur niſi antixp̃s erit: ergo ſi antixp̃s nõ erit hoc nõ corrũpetur. Et ſi ſic: ergo ſi hoc corrũpetur antixp̃s erit. Et arguitur tunc ſic iſta cõſequẽtia ē bona ⁊ antecedẽs iſtiꝰ ē neceſſariũ: ergo ⁊ cõſequẽs ꝙ antecedẽs ſit neceſſariũ patet q: hoc de neceſſitate corrũpetur ſicut prius ē aſſumptũ ⁊ illud antecedens preciſe ſignificat ꝙ hoc corrũpetur: ergo ē antecedẽs neceſſariũ. Et ſi ſic ergo ⁊ cõſequẽs ē neceſſariũ. ſ. antixp̃s erit: ergo antixp̃s neceſſario erit. Et forte cõſimiliter arguitur ſub iſto termino. a. ꝓbando iſtã conſequẽtiã valere de. a. ſicut modo argutũ ē de hac vltima conſequẽtia arguitur eñi ſic. a. corrũpetur: ergo antixp̃s erit iſta conſequẽtia ē bona antecedẽs ē neceſſariũ: ergo ⁊ ꝯſequẽs. Ad hec reſpondetur et primo ad primũ qñ arguitur ꝙ iſta prior conſequẽtia valet quia hec cõſequẽtia bene valet ⁊c̃. ⁊ hec ē conuertibilis cũ iſta huic dicitur negãdo hãc minorẽ ⁊ ſi arguitur ꝙ ſic q: in ſecunda conſequẽtia demonſtratur ſolũmodo. a. huic dicitur ꝙ propter hoc non ſequitur ꝙ iſte conſequẽtie conuertãtur ſicut nec conuertuntur iſte due conſequẽtie neceſſe ē ſi cõtradictoria contingentia ſint ꝙ vnum illoꝝ ſit verũ: ergo neceſſe ē ſi contradictoria contingentia ſint ꝙ hoc illorum ſit verũ demonſtrato vero illorũ vnde ſicut demonſtratis duobus contradictorijs contingentibus nõ conuertuntur iſte due propoſitiones verũ iſtoꝝ ē verũ ⁊ hoc iſtorum ē verũ demonſtrato vero ipſoꝝ ⁊ non valet conſequentia veꝝ iſtoꝝ ē verũ: ergo hoc ē verũ ſic nec conuertũtur iſte due ꝓpoſitiones. a. corrũpetur ⁊ hoc corrũpetur demonſtrato. a. nec iſte due. a. de neceſſitate corrũpetur ⁊ hoc corrũpetur de neceſſitate. Et ſicut nõ ſequitur iſte homo nõ ē ergo homo non ē: ſic nec formaliter ſequitur hoc corrũpetur: ergo. a. corrũpetur licet. a. ſolũmodo demonſtretur ⁊ cauſa ē quia iam aliquod tempꝰ ē. a. ⁊ poteſt eſſe in hoc eodem inſtanti qđ ideꝫ tempus nõ ſit. a. ſicut modo iſte homo demõſtrato ſor. ē homo ⁊ cras erit ita quod iſte homo nõ ē homo. Et per hoc patet reſponſio ad ſecundam formam factam quãdo arguitur ſic. a. corrũpetur: ergo antixp̃s erit: dicitur enim concedendo illam conſequẽtiam q: notũ ē quod ex oppoſito ſequitur oppoſitũ quia ſi antixp̃s non erit nullum maximũ tempus incipiẽs ab hoc inſtãti in cuius nullo inſtãti erit antichriſtus corrũpetur. immo tunc maximum tempus tale foret totũ tp̃s eternũ incipiens ab hoc inſtãti quod nũq̃ꝫ



corrũpet cõcedit: igitur iſta ꝯña tãquã neceſſaria ſic ſignificãdo Sed quãdo arguitur vlterius ꝙ antecedẽs iſtius ē neceſſariũ. ſ. hoc. a. corrũpetur. huic dicitur ꝙ nõ. Et ſi arguitur forte ex tibi dubio ſic. a. de neceſſitate corrũpetur: ergo neceſſe ē ꝙ. a. corrũpetur ⁊ ſi ſic: ergo illud antecedẽs eſt neceſſariuꝫ ex tibi dubio ad hoc dicitur negãdo hanc ꝯſequentiã. a. neceſſario corrũpetur: ergo neceſſe ē ꝙ. a. corrumpetur q: ãtecedẽs foret verũ ⁊ ꝯſequens falſũ ⁊ arguitur ibidẽ a ſenſu diuiſo ad ſenſũ ꝯpoſitũ ſicut hic aliquod viſum. a. te de neceſſitate erit: ergo neceſſe ē ꝙ aliquod viſũ. a. te erit ponatur eñi ꝙ videris mõ celũ ⁊ tũc antecedẽs vt notũ ē. ē verũ ⁊ cõſequẽs falſũ ⁊ ꝯſimiliter ē i propoſito: ergo ⁊c̃. Sꝫ forte adhuc retẽta eadẽ ſignificatiõe iſtius termini. a. arguitur aliter ſic ſi antichriſtus erit primo in aliquo inſtãti: ergo in iſto inſtãti corrũpetur. a. ergo ſi in aliquo inſtãti poterit antichriſtus incipere eẽ in iſto inſtãti. a. poterit corrũpi. Sed arguitur qđ nõ q: ſit ita gratia exẽpli quod antichriſtus erit primo in. b inſtãti ponitur ꝙ. b. erit vltimũ inſtans centũ annorũ incipientiũ ab hoc inſtanti quod nũc ē preſens. Tũc ſequitur quod. a. corrũpetur primo in. b. inſtãti ⁊ ꝙ. a. nõ poterit prius corrũpi probo q: illi centũ anni nõ poterit prius corrumpi ⁊ illi ſunt. a. igitur nec. a. prius poterit corrũpi. Sed antichriſtus poterit eẽ in aliquo inſtanti. ante. b. ergo non in quolibet inſtanti poterit. a. corrũpi quod poterit eſſe primũ inſtans in quo antichriſtus erit vel arguitur. In quolibet inſtanti in quo antichriſtus poterit eẽ primo poterit. a. corrũpi ſed in inſtãti medio inter inſtans preſens ⁊. b. poterit antichriſtus eſſe primo: igitur in iſto inſtãti medio poterit. a. corrũpi. Sed illud erit inſtans mediũ totius. a. vt ſequitur ex caſu: ergo. a. poterit corrũpi in inſtãti medio ſui ꝙ eſt impoſſibile. Sed forte pro iſto dicitur ꝙ antichriſtus nõ poterit eſſe ante. b. ſicut nec. a. poterit corrũpi ante. b. q: ſi ãtichriſtꝰ erit ante. b. a. corrũpetur in aliquo inſtanti ante. b vt prius argutũ ē ꝙ videtur impoſſibile q: . a. non poterit corrũpi ante. b. Sed contra hanc reſponſionem arguitur ſic Si antichriſtꝰ non poterit eẽ ante. b. cũ adhuc nõ ſit determinatũ quod ipſe erit in. b. ergo eadem ratõne ipſe non poterit eſſe primo in aliquo inſtanti poſt. b. Et ſi ſic ſequitur ꝙ ipſe non poterit eſſe primo in aliquo inſtanti alio quã in. b quod eſt falſum q: tunc ſequitur quod pater ſuus nõ poterit generare ipſũ ante. b. nec poſt. b. ſed neceſſario ſi generabit ipſum generabit in. b. Similiter ex iſto ſequitur eadem ratione vt videtur ꝙ ſi antichriſtus nunquã erit ipſe nõ poterit eſſe q: eo quod ipſe non erit ante. b. ipſe non poterit eſſe ante. b. ſicut ponit iſta reſponſio: ergo eadẽ ratione ſi ipſe nũquã erit ipſe non poterit eſſe quod eſt falſũ q: multa poſſũt eſſe que nunq̃ꝫ erũt. Ideo pro iſto forte dicitur ſicut eſt dicẽdũ quod antichriſtus poterit eẽ ante. b. ⁊ ad argumentum quãdo arguitur: ergo. a. poterit corrũpi ante. b. negatur ꝯña ⁊ vlterius quãdo arguitur ꝙ ſi ãtichriſtus erit in aliquo inſtãti. ante. b. a. corrũpetur in aliquo inſtanti ante. b. conceditur ꝯña. Et quãdo arguitur ex illo igitur ſi antichriſtus poterit eẽ in aliquo iſtãti añ. b. a. poterit corrũpi in aliquo inſtãti ſeu terminari ad aliqđ iſtãs ante. b. negatur conſequentia ſicut non ſequitur ſi antichriſtus preciſe ſit pedalis quãtitatis quodlibet ſibi equale eſt preciſe pedalis quantitatis: igitur ſi antichriſtus poterit eſſe preciſe pedalis quantitatis quodlibet quod eſt ſibi equale poteſt eſſe preciſe pedalis quantitatis. ¶ Ponitur gratia exempli quod antichriſtus nunc eſſet bipedalis quantitatis ⁊ poſſet eſſe preciſe pedalis tũc notũ ē quod nõ quodlibet quod eſt ſibi equale põt eẽ pedalis quãtitatis q: aliq̃ ē pars celi bipedalis quantitatis q̃ ē eq̃lis antichriſto ⁊ iſta pars celi nõ põt eẽ maior nec minor quã ipſa mõ ē ideo ipſa nõ põt eẽ preciſe pedalis q̃ꝫtitatis lꝫ antichriſtꝰ poſſet eẽ preciſe pedalis quãtitatis. vñ nõ valet ꝯſequentia. facta. ſ. ſi antichriſtus põt eẽ pedalis quãtitatis qlibet ꝙ ē ſibi eq̃le põt eẽ preciſe pedalis quãtitatis ⁊ qñ arguitur ꝙ ſic q: ſi antichriſtus ē preciſe pedalis q̃ꝫtitatis qlibet ꝙ ē ſibi equale eſt preciſe pedalis quãtitatis huic dicitur ꝙ bene ſequitur de in eſſe non tamẽ ſequitur vltra: igitur ſi antichriſtus põt eẽ. ⁊c̃. Et cauſa ē q: aliquid nũc eẽt eq̃le ſibi quod alias poſſet eẽ ⁊ eẽt ſibi ineq̃le ⁊ etiã illđ idẽ ꝙ eẽt ſibi eq̃le nõ eẽt ſibi eq̃le ſi foret preciſe pedalis quãtitatis. Et ꝯſimiliter per oĩa dicitur ad priorẽ ꝯſequentiã de. a qua arguitur quod. a. poterit corrũpi ꝑ tẽpꝰ ante. b. dicitur enim ꝙ hoc ē falſũ per ſuppoſitũ. Supponitur. n. ꝙ. a. nõ corrũpetur in aliquo inſtanti ante. b. ⁊ notũ ē ꝙ. a. nõ poterit corrũpi ante illud inſtãs in quo ipſũ corrũpetur q: nullũ tẽpꝰ poterit corrũpi ante illud inſtãs in quo corrũpetur. Ideo. a. nõ poterit corrumpi ante illud inſtans. Et ad argumentum quo arguitur ꝙ ſic quia poſſibile eſt ꝙ. a. corrumpetur in aliquo inſtanti añ. b. q: antichriſtus poterit eẽ in aliquo iſtãti añ. b. huic dicitur ꝙ hoc ē verũ ſed ex iſto nõ ſeqtur. ꝙ. a. poterit corrũpi in aliquo inſtãti añ. b. Et ſi arguitur ꝙ iſta nõ ſtant ſimul. poſſibile ē ꝙ. a. corrũpetur añ. b. ⁊ tñ nullũ. a. poterit corrũpi añ. b. dicitur ꝙ ſic Sicut ⁊ iſta poſſibile ē ꝙ veꝝ iſtorũ ſit ꝓpoſitio nullus rex ſedet. demonſtratis illis duobꝰ ꝯtradictorijs rex ſedet nullꝰ rex ſedet ⁊ tñ nullũ verũ ꝙ ē aliqđ iſtorũ põt eẽ iſta ꝓpoſitio nullus rex ſedet poſito ꝙ iſta ſit vera rex ſedet Similiter poſſibile ē ꝙ oẽ aĩal ꝙ ē i iſta domo ſit aſinus. ⁊ tñ nullũ aĩal quod ē in iſta dõ põt eẽ aſinꝰ. accipiatur vna illaꝝ propoſitionũ in ſẽſu ꝯpoſito ⁊ alia in ſenſu diuiſo ẽt ſatis appet ꝙ iſta nõ repugnãt ⁊ eodẽ mõ ſtãt iſta ſimul in ꝓpoſito. ſ. poſſibile ē ꝙ. a. corrũpetur añ. b. ⁊ tñ nullũ ē. a. ꝙ poterit corrũpi añ. b. Sed forte adhuc arguitur qđ nõ ⁊ hoc ꝑ vnã reſpõſionẽ priꝰ datã ad vnũ argumentum in iſto ſophiſmate. Ibidẽ. n. dicebatur qđ terminꝰ ſupponẽs reſpectu verbi ampliatiui vt puta iſtiꝰ verbi põt. põt ſupponere pro eo quod ē aut pro eo quod põt eẽ ⁊ ꝑ hoc dicebatur iſta ſtare ſimul aliquod eternũ põt nõ eẽ ⁊ oẽ eternũ ē tale qđ nõ põt nõ eſſe ⁊ hoc ꝓ tãto quod aliqđ põt eẽ eternũ ꝙ nũc nõ ē eternũ ſicut ibidẽ dicebatur pro aĩa intellectiua antichriſti ex iſto arguitur ꝙ male negatur in propoſito ꝙ. a. poterit corrũpi in aliquo inſtãti añ. b. ꝯcedendo ꝙ poſſibile ē ꝙ. a. corrũpetur añ. b. q: vel põt aliqđ aliđ ab hoc eẽ. a. demõſtrato. a. vel nõ põt ſi nõ põt: igitur ſicut nõ ē poſſibile hoc corrũpi ante. b. ſic nec eſt poſſibile. a. corrumpi ante. b. cuius oppoſitum conceditur. Ideo ſi dicitur ꝙ aliud ab hoc poteſt eẽ. a. ꝙ ẽt põt corrũpi añ. b. tũc ſequitur ꝙ aliqꝰ. a. ꝙ põt eſſe põt corrũpi añ. b. ⁊ ſi ſic: ergo. a. põt corrũpi añ. b. cuiꝰ oppoſitũ prius ē poſitũ. Ideo pro iſtis ē aduertendũ qñ q̃ritur an aliqđ aliud ab hoc demõſtrato. a. põt eẽ. a. dicitur ꝙ nõ ⁊ ad argumentũ quãdo vlteriꝰ arguitur: ergo nõ ē poſſibile ꝙ. a. corrũpetur ante. b. ſicut nec ē poſſibile quod hoc corrũpetur añ. b. huic dicitur negãdo ꝯſequẽtiã. Et ſi arguitur ſic: ponatur igitur cũ ſit poſſibile ꝙ. a. corrũpetur añ. b. ⁊ ſit. e. totũ tẽpꝰ inter hoc inſtãs ⁊. b. ⁊ tũc arguitur ꝙ. e. corrũpetur añ. b. q: . a. corrũpetur añ. b ſed. a. nõ põt eẽ aliud quã. e. ſicut ponit iſta reſpõſio: ergo. e. corrũpetur añ. b. ꝙ ē ĩpoſſibile. Ad hec reſpõdetur ꝙ iſta duo repugnãt nihil aliud ab. e. põt eẽ. a. ⁊. a. corrũpetur añ. b. ⁊ ideo ſubſtinẽdo ꝙ nihil aliud ab. e. põt eẽ. a. non debet hoc admitti. ſ. a. corrũpetur añ. b. ⁊ ſi arguitur ꝙ ſic. q: ſicut eadẽ reſpõſio ponit licet nihil aliud ab. e. poterit eẽ. a. tñ põt admitti quod. a. corrũpetur añ. b. cũ hoc ſit poſſibile cũ iſto huic dicitur quod nõ valet ꝯſequentia iſta qua arguitur ꝙ debet admitti quod. a. corrũpetur añ. b. cũ hoc ſit poſſibile licet nihil aliud ab. e. poterit eẽ. a. q: lꝫ vnũ iſtorũ ſit verum ⁊ reliquũ ſit poſſibile iſta duo tñ nõ ſũt ꝯpoſſibilia vñ poſito quod ſor. ſit oẽ exiſtẽs in iſta dõ adhuc eſt poſſibile qđ oẽ aĩal quod ē in iſta domo ſit aſinus ⁊ tamẽ tũc nihil põt eẽ animal quod ē in iſta dõ niſi ſor. Ideo cõceſſo quod ſortes ē in iſta domo nõ dꝫ admitti quod oẽ animal quod ē i iſta domo ē aſinꝰ lꝫ hoc ſit poſſibile q: ē repugnãs. Et ideo ſicut tũc nõ valet hec ꝯña poſſibile ē quod omne aĩal quod ē i iſta dõ ſit aſinus ⁊ nihil põt eſſe animal quod ē in iſta dõ niſi ſor. ergo poſſibile ē quod ſortes ſit aſinus. ſic nec valet cõſequẽtia prius facta poſſibile ē quod. a. corrũpetur ante. b ⁊ nihil põt eſſe. a. niſi. e. ergo poſſibile ē quod. e. corrumpetur ante. b. q: licet nihil aliud ab. e. poterit eſſe. a. tñ poſſibile ē ꝙ aliquid aliud ab. e. ſit. a. ſicut poſſibile ē quod aliud



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

quã ſoꝛ. ſit aĩal quod ē ĩ iſta domo lʒ tñ nullũ aliud animal
a. foꝛte poſſit eē aĩal ꝙ ē in iſta domo accipit̃ eñi vna in ſē
ſu cõpoſito ⁊ alia in ſēſu diuiſo ⁊ iſta ſatis bene ſtãt ſimul.
Aliter arguit̃ ad pꝛĩcipale ſic ſit. a. pꝛimũ inſtãs inquo an
tichꝛiſtus erit. vt in pꝛĩo caſu ⁊ arguit̃ tũc vt pꝛius quod
aĩa antichꝛiſti neceſſario erit pꝰ. a. q2 aĩa antichꝛiſti vel erit
neceſſario pꝰ. a. vel ɔtingēter ſʒ nõ erit ɔtingēter pꝰ. a. quia
tũc qua ratione ipſa erit ɔtingēter pꝰ. a. in aliquo inſtanti
ſeq̃tur quod in quolibet inſtãti pꝰ. a. ipſa erit contingen-
ter pꝰ. a. ⁊ tũc ſequitur quod ꝑ tēpus eternũ ipa erit ɔtingē
ter quod arguitur eē ſalſũ q2 ſi ꝑ tantũ tēpus erit ipſa ɔtin
genter ſequitur quod aliquãdo in iſto tēpoꝛe erit ita quod
ipſa ē contingenter ɔſequens ſalſũ. q2 quandocũq3 erit ita
ꝙ ipſa ē erit ita qꝺ ipa neceſſario eſt. Similiter ſi nũc ſit ita
quod ipſa erit contingēter pꝰ. a. cũ nõ eternũ erit ita quod ip
ſa erit ɔtingenter pꝰ. a. ergo aliquãdo deſinet eſſe ita. Aut
igitur ante. a. vel in. a. vel pꝰ. a. ſi in. a. vel ante. a. ſeq̃t qꝺ
pꝛius deſinet eē ita quod ipſa erit cõtingēter pꝰ. a. quã ipſa
erit contingēter pꝰ. a. ɔſequētia patet q2 nec in. a. nec ante.
a. erit illa ɔtingēter pꝰ a. ſʒ ſolũmõ pꝰ. a. ipſa erit ɔtingēter
pꝰ. a. ergo ⁊c̃. ⁊ conſequēs videtur eē ĩpoſſibile. ſ. quod pꝛi
us deſinet eē ita quod ipſa erit contingēter pꝰ. a. quam ipſa
erit ɔtingēter pꝰ. a. in alijs eniʒ ē ĩpoſſibile quod enim ſoꝛ.
pꝛius deſinet eē albꝰ quã ipſe erit albus vel quod pꝛiꝰ de
ſinet eē ita ꝙ ſoꝛ. erit albꝰ q̃ʒ ipſe erit albꝰ ē magis ĩpoſſibi
le ⁊ ſic de alijs infinitis Ideo ſi dicit̃ ꝙ poſt. a. deſinet eē ita
quod aĩa antichriſti erit ɔtingēter pꝰ. a. ɔtra ſicut pꝛiꝰ quo-
dã mõ tactũ ē in nullo inſtãti pꝰ. a. deſinet eē ita ꝙ ipſa erit
cõtingēter pꝰ. a. q2 in nullo inſtãti pꝰ. a. erit ita quod ipſa
erit ɔtingēter poſt. a. q2 tã in. a. quã ēt in quolibet inſtanti
pꝰ. a. erit ita quod ipſa neceſſario erit pꝰ. a. ⁊ ſequit̃ ipſa ne
ceſſario erit pꝰ. a. ergo ipſa nõ erit ɔtingenter pꝰ. a. ⁊ ɔſeq̃n
tia hec ſic ſignificãs in quolibet inſtãti pꝰ. a. erit bõa ⁊ ante
cedēs erit verũ: ergo ⁊ conſequēs pʒ igit̃ quod in nullo inſtã
ti pꝰ. a. erit ita quod ipſa anima erit ɔtingenter pꝰ. a. ⁊ ſi ſic
igit̃ in nullo inſtãti pꝰ. a. deſinet eſſe ita ꝙ ipſa erit ɔtingē
ter pꝰ. a. q2 tũc ſequit̃ quod in eternũ pꝰ. a. deſinet eē ita qꝺ
ipſa erit ɔtingenter pꝰ. a. ⁊ tamē in nullo inſtãti pꝰ. a. erit
ita quod ipſa erit ɔtingēter pꝰ. a. ideo foꝛte dicit̃ ſicut ē dicē
dũ quod ante. a. deſinet eē ita quod ipſa erit ɔtingēter pꝰ. a
Et ad argumentũ pꝛiꝰ factũ quo arguitur quod pꝛius deſi-
net eē ita ꝙ ipſa erit ɔtingēter pꝰ. a. quã ipſa erit contingē-
ter pꝰ. a. dicitur ɔcedendo ɔcluſionē ⁊ quãdo dicit̃ ꝙ ſimilis
ɔcluſio in alijs terminis eſt ĩpoſſibilis Conceditur ꝙ hoc eſt
verũ ⁊ dicitur ꝙ hec ɔcluſio ɔceſſa ɔſiſtit per terminos mul
tũ ɔpoſitos ⁊ nõ ē propoſitio ſimplex ſic vt alias dictũ ē. Et
iõ non ſequitur lʒ aliq̃ talis ꝑpoſitio in terminis ſimplici-
bus ſit ĩpoſſibilis ꝙ illa ſit impoſſibilis vnde ſicut pꝛius
ꝓbatũ ē iſta anima in eternũ erit ɔtingenter ⁊ tamē nũquã
erit ita ꝙ ipſa ē contingēter. Sed quãdocunq3 erit ipſa aĩa
tũc erit ita ꝙ ipſa neceſſario ē Cõſimilis tamē ɔcluſio cum
hoc verbo erit in terminis ſimplicibus foꝛet impoſſibilis.
Eſſet enim impoſſibile ꝙ ſoꝛ. erit albꝰ ⁊ nũquam erit ita ꝙ
ſoꝛ. ē albꝰ ꝙ ſoꝛ. erit hõ ⁊ nunquam erit ita ꝙ ſoꝛtes. eſt
homo qꝺ ſoꝛ. erit ⁊ nũquã erit ita qꝺ ſoꝛtes. eſt ⁊ ſic de alijs
ideo ⁊c̃. Sed foꝛte arguitur adhuc quod data reſponſio ſit.
ſalſa. ſ. ꝙ ante a. deſinet ita eē ꝙ ipſa anima erit cõtingēter
erit ɔtingenter poſt. a. q2 tũc ſequitur ꝙ ante. a. erit ita ꝙ ip
ſa aĩa erit neceſſario poſt. a. ⁊ tũc ante quã ipſa anima erit ita
ꝙ ipſa erit neceſſario. Et arguit̃ quod nõ q2 cũ iã nõ ſit ita
quod ipſa anima neceſſario erit poſt. a. ⁊ aliquãdo ante. a.
erit ita quod ipſa neceſſario erit pꝰ. a. igitur aliquãdo añ. a.
incipiet eē ita quod ipſa neceſſario erit pꝰ. a. ɔſequētia hec
ꝓbatur q2 iã ē hec propoſitio ſalſa iſta anima neceſſario erit
poſt. a. ⁊ aliquãdo ante. a. erit iſta vera ſic ſignificãdo: ergo
aliquãdo ante. a. ipſa incipiet eſſe vera: ergo tũc incipiet eē
ita ſicut ipſa ſignificat ſed ipſa pꝛeciſe ſignificat qꝺ ipſa ani-
ma neceſſario erit poſt. a. ergo ⁊c̃. ¶ Et tũc arguitur ſic. In
aliquo inſtanti ante. a. incipiet eſſe ita quod ipſa neceſſario
erit pꝰ. a. ergo in iſto inſtãti erit ita quod nõ põt ĩpediri qn

iſta anima erit ⁊ tñ ɔtinue ante illud inſtãs potuit iſta ani
ma nõ fuiſſe futura. Sed arguit̃ quod hoc eſt ĩpoſſibile q2
ſit illud inſtãs. d. gratia exēpli ⁊ arguit̃ ſic in. d. inſtanti nõ
erit aliq̃ cã pꝛoductiua illiꝰ aĩe in aliqua pꝛopoꝛtione foꝛ-
tioꝛ quã eadē cã erit imediate ante. d. inſtãs ceteris paribꝰ
poſito. ſ. ꝙ ɔtinue foꝛtificet̃ quelibet cã iſtiꝰ ſucceſſiue ab hoc
inſtãti quod ē pꝛeſens vſq3 ad. d. inſtãs ⁊ arguitur tũc ſic ĩ
nulla ꝑpoꝛtione erit illa cã ꝑductiua iſtius anime foꝛtioꝛ
in. d. inſtãti quã ĩmediate añ. d. ſed imediate añ. poterit que
libet cã ĩpediri ab aliquo agēte finito: ergo in. d. inſtãti pote
rit quelibet cã ĩpediri ab aliquo agente foꝛtioꝛi. Similiter
quãcũq3 ꝑpoꝛtionē habeat aliq̃ cã ad iſtũ effectũ in. d. inſtã
ti equalē pꝛopoꝛtionē põt aliquod agens ɔtrariũ habere ad
ĩpediendũ iſtũ effectũ in eodē inſtãti. Similiter ſi cõtinue
ante. d. potuit iſte effectus impediri ab aliquo agente finito
igitur ēt ĩ. d. inſtãti poterit ille effectus impediri ab aliquo
agente foꝛtioꝛi aliter ſequitur quod infinitũ difficilius erit
impedire iſtũ effectũ in. d. inſtãti q̃ʒ in aliquo inſtãti añ. d.
q2 tũc nõ poterũt aliqua agētia ipſũ ĩpedire ſicut ponit iſta
reſponſio ⁊ ɔtinue añ poterit aliquod agēs ſatis debile im
pedire ipſũ. Similiter tũc nõ poterit ĩpediri qn ipſa aĩa
erit: ergo iã ē verũ ꝙ ipſa neceſſario erit ꝙ ē falſum ⁊ ɔſeq̃n
tia iſta arguitur ſic q2 ſicut in. d. ante quã ipſa erit. erit verꝫ
quod ipſa neceſſario erit ita ante. d. erit verũ ꝙ talis cã que
erit in. d. neceſſario erit ponitur igitur qꝺ in. e. inſtanti erit
ita quod iſta cã neceſſario erit in. d. ⁊ arguitur tũc ſic pꝛo. e.
inſtanti iſta cã neceſſario erit in. d. ſed ſi iſta cã erit in. d. ipſa
anima neceſſario erit pꝰ. a. ergo in. e. inſtanti erit ita ꝙ ipſa
anima neceſſario erit pꝰ. a. vel in. a. quod ē ſalſũ ⁊ cõtra re-
ſponſionē datã. Et ɔſequētia arguitur q2 in. e. inſtãti vale
bit hec ɔſequētia iſta cã erit in. d. ergo iſta aĩa erit in. a. ⁊ tũc
antecedēs ē neceſſariũ ſicut pꝛius argutũ ē: ergo ⁊ tũc erit cõ-
ſequēs illud neceſſariũ ⁊ ſi ſic: ergo tũc erit ita quod iſta ani
ma neceſſario erit in. a. Et ɔſimilit̃ ar̃ quod nũc ē ita quod
ipſa neceſſario erit in. a. arguendo de vna cã pꝛioꝛi oĩo ſicut
de iſta q̃ erit inde ꝓbãdo. ſ. ꝙ ante. e. erit neceſſariũ ꝙ iſta
cã erit in. e. ⁊ ſic de alijs ꝑ oĩa ſicut iã argutũ ē de vna. iõ foꝛ-
te dr̃ ĩ pꝛincipio ſicut ē dñdum ad hoc argumētũ ꝙ in. d. ĩ
ſtãti incipiet eē ita quod ipſa anima neceſſario erit exponē
do li incipit ꝑ remotionē de pꝛeſēti ⁊ poſitionē de futuro vt
ſic verificet̃ iſta ꝑpoſitõ. ſ. in. d. inſtãti nõ erit ita quod iſta
anima neceſſario erit ſed ĩmediate pꝰ. d. inſtãs erit ita quod
iſta anima neceſſario erit. Et ſi ar̃ tũc quod in. d. inſtãti iſta
anima poterit ĩpediri: ergo ⁊ imediate pꝰ. d. iſtãs ipſa pote
rit impediri dr̃ ɔñaʒ ɔcedēdo. vnde nõ ɔcedit̃ ꝙ pꝰ. d. iſtã ſ
iſta nõ poterit ĩpediri ſed quod ɔtinue pꝰ. d. iſtãs erit ita ꝙ
iſta nõ poterit ĩpediri. Sed ex hoc nõ ſequit̃ quod pꝰ. d. in
ſtãs iſta nõ poterit ĩpediri ſicut pꝛius frequēter declaratuʒ
ē qꝺ nõ tenēt huiuſmõi ɔſequētie. Sed adhuc vident̃ ſta-
re argumēta pꝰ facta. iõ ad ea reſpõdet̃ ⁊ pꝛĩo ad pꝛimũ q̃ʒ
do dicitur ꝙ in. d. inſtãti erit ita qꝺ iſta aĩa neceſſario erit
dr̃ quod nõ ſed tũc. incipiet eſſe ita ſicut iã dictũ ē. ita quod
tũc nõ erit ita. Sed imediate pꝰ erit ita ⁊c̃. Et tũc ad argu
mētũ ſi arguitur quod imediate pꝰ. d. erit ita quod illa ani-
ma poterit impediri huic dicitur quod hoc ē verũ nec hꝰ ne
gatur ſicut pꝛius dictũ ē. Et ſi arguitur quod non. imme-
diate pꝰ. d. erit ita quod ipſa nõ poterit ĩpediri q2 nõ im-
mediate pꝰ. d. erũt oēs cauſe ꝑductiue iſtius anime in aliq̃
ꝑpoꝛtione ſenſibili foꝛtioꝛes quã ipſe erunt in. d. ceteris pi
bus ſicut pꝛius dictũ ē. Sed in. d. inſtãti potuerũt ſatis fa
ciliter ĩpediri: ergo imediate pꝰ. d. inſtãs erit ita quod ipſe
potuerũt ĩpediri ne pꝛoducãt illã animã reſpõdet̃ negando
cõſequentiã ⁊ quãdo arguitur ex iſto quod ĩmediate pꝰ. d.
inſtans erit ita quod iſte cauſe erũt in infinitũ foꝛtioꝛes ad
ꝑducendũ iſtã aĩam quã in. d. inſtãti fuerũt huic dicit̃ etiã
quod hoc ē impoſſibile nec hoc ſequitur ex aliquo pꝛius po
ſito. Et ſi tũc arguitur quod ſic quia tũc erit ita quod ille cau
ſe vel illa cauſa nõ poterit impediri. ¶ Et tamen in. d. in-
ſtanti ſatiſfaciliter poterũt ĩpediri huic dicitur quod hoc po
teſt eſſe licet ille cãe nõ ſint ſenſibiliter foꝛtioꝛes. immo licet fo



rent multo debilioꝛes quã in. d. inſtanti. Et hoc pꝛo tanto
q2 iſte potētie ɔtrarie q̃ tũc ſatis bñ fuerũt appꝛoximate ad
ĩpediendũ. Iã non ſũt nec poſſũt appꝛoximari vel foꝛte nõ
ſũt ad ĩpediendũ. Sicut tunc fuerũt. Sicut poſito qꝺ puer
habuiſſʒ auē in manu ſua q̃ euolaſſet ab eo tũc nõ poſſet de
tinere eã lʒ auis eſſet ſatis debilioꝛ ad volãdũ quã fuit qñ
habuit eã in manu ſua qñ tñ habuit eã in manu ſua. Satis
bene potuit tenere eã. iõ licet puer ſit foꝛtioꝛ quã pꝛius fuit
⁊ auis debilioꝛ nõ ſeq̃tur ꝑpter hꝰ ꝙ ſi pꝛius potuit detine
re auē illã adhuc poſſit detinere eã. Et ɔſilr̃ dr̃ in pꝛopoſito
Sed q2 hoc nõ ſufficit pꝛo ſecũda foꝛma pꝛius facta in hꝰ ar
gumēto. iõ reſpõdet̃ ad eã qñ. ſ. arguit̃ ꝙ ſi in. d. inſtãti in
cipiet eē ita qꝺ hec aĩa erit neceſſario in. a. vel pꝰ. a. ergo ea-
dē ratione in aliquo inſtãti añ. d. erit neceſſarium quod iſta
erit in. d. vel quod talis cã erit in. d. negat̃ ɔña. ſicut ɔmuni
ter ponit̃ exēplũ de molari deſcendēte qꝺ ipſe neceſſario de
ſcēdet ad cētrũ q2 cũ erit ad. g. pũctũ tũc erit neceſſariũ quod
deſcendet ad centrũ q2 tũc nõ poterũt aliq̃ agētia ĩpedire qn
deueniet ad cētrũ. ſit ergo vnꝰ pũctꝰ diſtãs a centro mũdi ꝑ
minimũ ſenſibile vel per vnã modicã diſtãtiã ⁊ ſicut arguit̃
quod cũ molaris iſte fuerit ad. g. neceſſario erit in cētro ita
arguit̃ quod cũ fuerit in pũcto ſupioꝛi equaliter diſtãti. a. g
tũc deueniet neceſſario ad. g. ⁊ ſic arguitur de omnibꝰ pun-
ctis medijs inter. g. ⁊ ſupremũ ſeu vltimuʒ. Et circa iſtud
ē aduertēdũ ꝙ ꝑpter caſũ iſtũ frequēter negãt multi ɔſeq̃n
tiã a pꝛĩo ad vltimũ ɔcedendo tñ oēs ɔſequentias int̃ me
dias que reſpõſio tñ includit cõtradictionē: ſint ergo tria pũ
cta quoꝛũ quolibet diſtet equaliter a reliquo q̃ ſint. b. c. d. et
ſit mobile. a. Et arguitur ſic. ſi. a. erit in. b. a. erit in. c. Et ſi
erit in. c. ipſũ erit in. d. ergo. a. pꝛimo. ſi erit in. b. erit ĩ. d. añ
cedēs ē neceſſariũ ſic. ſ. quod nõ põt ĩpediri quin. a. erit in.
b. vel fuerit in. b. vel ē in. b. ergo ɔſequēs iſto mõ ē neceſſa
riũ. Pꝛo iſto negat̃ ɔſequētia. a. pꝛimo ad vltimũ ⁊ ē dicen
dũ. quod non valet ɔſequētia. a. erit in. c. ergo. a. erit in. d.
Et ad argumētũ quãdo arguit̃ ꝙ ſic q2 ſequitur. a. nũc ē in
hoc ſitu: ergo erit ad. b. pũctũ: ergo eadē ratione immo ɔſimi
liter omnino ſequitur ſi. a. erit in. b. a. erit in. c. ergo ſi ē in. c.
erit in. d. ɔſimiliter huic dr̃ ꝙ nulla talis cõſequentia ē foꝛ-
malis nec ē ſimpliciter bona. ita. quod quandocũq3 fuit vl̃
ē vel erit fuit vl̃ ſit vl̃ erit talis ɔſequētia bona ſed iã de pꝛe-
ſenti valet hec cõſequentia. a. eſt in hoc ſitu: ergo erit ad. b.
pũctũ omnino ſicut valet modo hec ɔſequentia hoc inſtans
ē demõſtrando inſtãs quod nunc ē pꝛeſens: ergo tu nõ cur
ris. hoc inſtãs ē: ergo ſoꝛ. nõ vl̃t. a. volubile ⁊ ſic de talibus
Iã enim foꝛte ſunt tales ɔſequentie bone ſed hoc ē ꝑ accidēs
pꝛius enim aliquãdo nõ valerēt tales ɔſequentie q2 aliqñ
potuit fuiſſe ꝙ in hoc inſtans curriſſes vel fuiſſes rome ⁊
ſic de talibus ⁊ ɔſimiliter dicitur in pꝛopoſito. Nã licet mõ
ſequitur. a. ē in hoc ſitu cũ iſtis circunſtantijs: ergo erit ad.
b. pũctũ vel in. b. ſitu tñ pꝛopter hoc nõ ſequitur quod. ſi. a
erit in. b. ſitu: ergo erit in. c. vl̃ in. d. q2 quãuis erit in. b. nõ
ſequitur quod erit in. b. cũ illis circũſtantijs pꝛopter quas
erit in. c. q2 foꝛte cũ venerit ad. b. erit. a. impeditũ ne ipſuʒ
moueatur vlterius licet tamē nõ pꝛius potuit. a. impediri
ne veniret ad. b. vel ſaltē licet. a. pꝛius nõ impediretur qn
deueniret ad. b. Quia in rei veritate non eſt dare minimũ
tempus in quo põt impediri ſed maximum in quo nõ põt
De iſto tamen non curatur ad pꝛeſens dicitur: ergo quod
non valet iſta conſequentia. a. erit in. b. ergo. a. erit in. c. Et
ſi arguitur quod iſta conſequentia eſt bona de pꝛeſenti ſicut
pꝛius argutũ ē. a. ē in. b. ergo erit in. c. ſicut ⁊ iſta mõ valet.
a. eſt in hoc ſitu demõſtrato iſto in quo nũc ē: ergo erit in. b
huic dicit̃ quod iſta cõſequētia nõ valet ſed foꝛte in. b. in-
ſtãti valebit ſicut modo valet alia. Et ſi arguitur qꝺ ſi iſta
ɔſequētia valebit in. b. inſtãti ⁊ tunc ſignificabit oĩno ſicut
nũc ſignificat: igit̃ ⁊ nũc valet huic dicit̃ ꝙ hic nõ ſequit̃ ta
lis. n. ɔſequentia que nũc valet ꝑ accidēs nũc valet foꝛte ⁊
nũq̃ʒ valebit nec valuit ſic ſignificãdo ſicut pꝛius fuit exem
plificatũ de iſta ɔſequētia hoc inſtãs ē: ergo ſoꝛ. nõ vult. a.
volubile ⁊ ſic de alijs que valēt per accidēs tantũ ⁊ nũquaʒ

pꝛius valuerũt ſic ſignificãdo vnde iuxta hoc ē aduertendũ
quod licet de aliqua re futura in aliquo inſtãti ante quã ipa
erit. erit neceſſariũ quod ipſa fuit vel ē vel erit nõ tamen de
qualibet re erit ɔſimiliter neceſſariũ. Sed aliqua in quoli-
bet inſtãs ante quã ipſa erit poterit ĩpediri ⁊ inquolibet in
ſtãti antequã ipſa erit: erit ita quod ipſa ſatis poterit impe-
diri quod ipſa nõ erit vt poſito quod ſoꝛ. moueat̃ localiter
ad pũctũ a volũtarie omnino Tũc in quolibet inſtãti ante-
quã tãget. a. pũctũ ipſe poterit nõ eē tacturus. a. pũctũ ⁊ ſic
de alijs multis effectibꝰ futuris nõ tamē de omnibꝰ poſi-
to enim vt pꝛius ꝙ molaris deſcendat ⁊ nõ ſint ibi aliqua
pꝛecedentia q̃ poſſint ipſũ impedire ne deſcenderet ad. a. pũ
ctũ tũc notũ ē ꝙ nõ in quolibet inſtãti anteq̃ʒ deueniet ad
a. pũctũ poterit ĩpediri ne tãgat ſeu deueniat ad. a. pũctum.
Similiter ſi modo ſit ignis appꝛoximatꝰ aq̃ ſufficiēter. iã
pꝛo hoc inſtãs nõ põt ĩpediri quin agat vel incipiat agere
pꝛiꝰ tamē potuit ĩpediri. Et ɔſimiliter ꝑ oĩa dicit̃ de iſta aĩa
ꝓuecēda. ſ. ꝙ in aliquo inſtãs antequaʒ ipſa erit: erit ita ꝙ
ipſa poterit impediri ne erit ⁊ in aliquo inſtãti anteq̃ʒ erit
erit ita ꝙ nõ poterit impediri. Et hoc ſatis apparet per exē
pla frequētiſſime. iã poſita licet enim. iã nõ ſit aliquod im-
pediens ne molaris ille deueniet ad. b. pũctũ tñ antequaʒ
deueniet ad. c. pũctũ ſatis poterit impediri. ne deueniet ad
d. ⁊ ſic dicit̃ in pꝛopoſito ⁊ per hoc ſatis apparet reſponſio
ad vltimã foꝛmã qua arguit̃ quod ſi in aliquo inſtãs ante
quã ipſa aĩa erit. erit ita ꝙ ipſa neceſſario erit ꝑpter hoc etiã
modo ē ita ꝙ ipſa neceſſario erit notũ ē eñi ꝑ hec iã dicta qꝺ
illud nõ ſequitur. Et iuxta iã dicta ē aduertēdũ ꝙ lʒ in cãu
ſophiſmatis nõ ponat̃ quod antichꝛiſtus ſit ſed erit et iam
nõ ſit nõ ꝑpter hoc debet ſophiſma negari ſed dubitari ſicut
deberet nullo caſu ſuppoſito. Et cã ē q2 iã foꝛte ſũt cãe ꝑdu
ctiue antichꝛiſti ſic diſpoſite ꝙ nõ poſſēt ĩpediri qn iſta aĩa
erit ⁊ foꝛte iõ nũc ē neceſſariũ ꝙ iſta anima erit demonſtra-
ta anima antichꝛiſti ⁊ ita foꝛte mõ ē verũ ꝙ anima antixp̄i
neceſſario erit iõ ⁊c̃. ¶ Et iuxta hoc arguitur ad pꝛincipale
ſic. ¶ Signētur omnia q̃ poſſũt ꝓmouere ꝑductionē iſtiꝰ
anime ⁊ omnia q̃ poſſũt impedire. ne iſta anima erit. Et ar
guitur tũc ſic iſta omnia ꝓmouētia vel ſunt foꝛtioꝛa quam
omnia impedientia vel debilioꝛa vel equalia. Si equalia
vel debilioꝛa cũ iã accepta ſint omnia que poſſũt pꝛomoue
re ſeq̃tur ꝙ cũ ipſa ſi equalia vel debilioꝛa ipſis impedienti
bus nõ põt pꝛoduci: ergo ſi ipſa nõ erit iſta non neceſſario
erit. ¶ Et ſi iſta ꝓmouētia ſint foꝛtioꝛa q̃ʒ oĩa impedientia
ergo ſequit̃ ꝙ nulla poſſũt impedire qn iſta anima erit. ſeu
ꝑducet̃: igit̃ ſi pꝛoducet̃ ipſa neceſſario ꝑducet̃ ſed per caſũ
pꝛimum ipſa erit: igitur vt nũc arguitur: ergo iſta neceſſario
erit ſed pꝛo iſto dicitur quod illud aſſũptũ ē poſſibile. ſ. qꝺ
aliqua ſint omnia que poſſunt pꝛomouere pꝛoductionē illiꝰ
anime vel aliqua ſint omnia que poſſũt impedire. q2 iam
ſũt infinita que poſſũt ꝓmouere ⁊ infinita poſſũt eē ꝓmo-
uētia q̃ nũq̃ʒ erũt ꝓmouentia. Et ſimiliter impediētia ⁊ nõ
poſſũt aliqua imaginari ꝓmouentia qn ēt alia poſſit eē ꝓ
mouētia. Et iõ includit ɔtradictionē ꝙ aliqua foꝛēt omnia
q̃ poſſunt pꝛomouere ⁊ que poſſũt impedire. Et ſi arguitur
de preſenti. ſ. ſignētur omnia q̃ nũc ſunt pꝛomouētia ⁊ om
nia que nũc ſunt impedientia ⁊ cõcludat̃ vt pꝛius dicit̃ qꝺ
argumētũ nõ pꝛocedit ad aliquã ptē q2 quecũq3 nũc ſũt ꝓ
mouētia alia etiã que nũc nõ ſũt poſſũt eē impedientia ideo
⁊c̃. ¶ Aliter arguitur ad pꝛincipale ſic ſi anima ãtichꝛiſti ē
futura ⁊ nõ neceſſario ē futura: aut ergo ē dare maximũ tem
pꝰ ꝑ qꝺ illa anima põt eē nõ neceſſario futura aut minimũ
tēpꝰ ꝑ ꝙ nõ põt eē nõ neceſſario futura ⁊ hoc diſtinguēdo
futurũ ɔ̃ pꝛeſens iſta ɔña patet. Sed arguitur iſtã nõ vale-
re pꝛo vtraq3 pte diſiuncti pꝛimo ꝓ pꝛima parte nã non eſt
dare maximũ tēpus per quod iſta põt eſſe futura poſito qꝺ
iſta poterit eſſe vel nõ eē indifferenter q2 ſignetur tēpus il-
lud quod ſit. a. Et arguitur tũc ſic per totũ. a. tempus pote
rit iſta anima eſſe futura: ergo in fine. a. tempoꝛis poterit
iſta anima eſſe pꝛimo ſed in quolibet inſtans in quo pote-
rit eſſe illa pꝛimo in aliquo poſt illud poterit illa eſſe pꝛi



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mo:ergo pꝰ finē.a.iſta poterit eē ꝑo:ergo per maiꝰ tempꝰ quā per.a.iſta poterit eē futura. Similiter ſi nō ꝑ maius tēpꝰ quā ꝑ.a.poterit iſta eē futura:tūc ſequitur ꝙ nō poſſent generari niſi ab iſto hoie demōſtrato iſto q generabit illū nec ab alia muliere niſi ab iſta q̄ in rei veritate erit mater ſua ꝙ nō ē verū q: aliqs hō vt.b.hō poterit generari ab aliquo hoie ⁊ qua ratione pōt generari ab vno homine a quolibet ſufficienti ad generationē poterit idē.b.generari nulla.n.aſſignari ratio poſſet q̄re poſſet.b.hmōi generari ab vno homine ita quod nō ab alio Et qua ratione duo erunt homines quoꝝ vterqꝫ poterit generare.b.ſequitur quod duo erūt hoies quoꝝ vterqꝫ poterit generare antichriſtū ⁊ ſi ſic ſequitur quod ꝑ maius tēpꝰ quā ꝑ.a.poterit antichriſtus eē futurus. ¶ Similiter anima antichriſti poſſet ꝑficere aliā materiā omnino quā erit iſta quā ipſa ꝑficiet q: ad diuerſitatē materie ſecūdū numerū nō diuerſificabiꝛ forma illa ſeu anima ſecūdū numerū ſicut nec ꝑꝑ diuerſas partes materiales quas tu habes mō alias quā in primo inſtanti in eſſe tui habuiſti es tu mō aliꝰ quā tu fuiſti:ergo idē antichriſtus pōt a diuerſis generari ſicut ꝑ diuerſa alimēta pōt nutriri ⁊ generari. ¶ Ideo forte pro iſto diciꝛ ſicut ē dicēdū qꝺ ē dare minimū tēpꝰ ꝑ ꝙ antichriſtꝰ nō poterit eē futurꝰ ⁊ illud ē totū tēpꝰ eternū q: ꝑ illud tēpꝰ nō pōt antichriſtus eē futurꝰ ſed per quodlibet tēpus futurū minus pōt eſſe futurus. Et ſi arguiꝛ ɔtra illud de virtute ſermonis q: illud tēpꝰ infinitū nō ē modicū tēpꝰ:ergo nō ē minimum tēpꝰ ꝑ ꝙ antixp̄s nō poterit eē futurꝰ. huic ſatis ꝓbabiliꝛ pōt dici ⁊ diciꝛ ꝙ nō valet hec ɔſequētia.q: ex iſto āteceedēte hoc ē minimū ⁊c̄.nō ſequiꝛ ꝙ hoc tēpus ē minimū nec ꝙ hoc tēpꝰ eſt modicū ſicut apparet ſatis ex ɔmuni modo loquēdi. Sed forte ad ꝓpoſitū arguiꝛ ſic ſi per quodcūqꝫ tēpꝰ finitū poterit āntichriſtus eē futurus:ergo ꝑ aliquod tempꝰ poterit antixp̄s eē futurꝰ ⁊ ꝑ tēpus duplū ad illō ⁊ q̄druplū ad illud ⁊ ſic deinceps:igitur ꝑ tempus īfinitū poterit antichriſtus eē futurus ⁊ arguiꝛ ꝙ nō q: nō ē poſſibile antichriſtū nec aliquid aliud eē futurū per tēpꝰ infinitū.q: ſi ſic ponatur. ¶ Et tūc ſequiꝛ ꝙ antichriſtus erit ⁊ nō erit ⁊ arguiꝛ ſimiliter quod in nullo inſtāti erit ipſe probaꝛ q: in q̄libet inſtāti erit ipſe futurus:ergo ⁊c̄. ¶ Similiter ex hac reſpōſione ſequiꝛ ꝙ a diuerſis hoibꝰ pōt antichriſtus generari ⁊ tūc qua ratione ab vno poterit generari ſeq̄ꝛ ꝙ.a q̄libet ſufficienti alio a ſeipſo poterit generari ⁊ tunc ſequitur quod ipſe poterit generari a filio ſuo ⁊ quod ipſe poterit generare patrem ſuum ⁊ matrem ſuam ⁊ ſic de alijs que omnia appent ⁊ ſunt impoſſibilia ideo pro iſto diciꝛ p̄mo qn̄ arguiꝛ qꝺ antichriſtus poterit eē futurus ꝑ tēpus infinitū diciꝛ qꝺ hoc ē impoſſibile. nec hoc ſequitur nec ſeq̄ꝛ qꝺ ꝑ tēpꝰ infinitū poterit antichriſtus eſſe futurꝰ. ſꝫ ſeq̄ꝛ ꝙ per infinitū tēpus poterit antichriſtꝰ eē futurꝰ ⁊ hoc ē ɔcedēdū Et vlteriꝰ qn̄ arguiꝛ qꝺ nō q: nō ē poſſibile quod per infinitū tēpꝰ antichriſtꝰ erit futurꝰ:ergo nō ꝑ infinitū tēpꝰ poterit eē futurus huic diciꝛ negādo iſtā ɔn̄am ſicut prius frequētiſſime negata ē ɔſimilis antichriſtꝰ tn̄ poſſet eē futurꝰ ꝑ tēpꝰ infinitū hn̄ ſeq̄reꝛ qꝺ eēt poſſibile ipſū eē futurū per tēpꝰ infinitū. ſed antecedēs ē ipoſſibile ſicut ɔn̄s ⁊ ſimiliter ē iſta ꝓpoſitio ipoſſibilis ꝑ tēpꝰ infinitū pōt antichriſtus eē futurꝰ. Et ſi q̄riꝛ q̄re iſte propoſitiōes ſūt ipoſſibiles ⁊ nō iā ɔceſſe huic dꝛ quod facilis ē cā diuerſitatis q: in vltīa propoſitiōe ɔceſſa iſte terminꝰ īfinitꝰ teneꝛ ſincategorematice ⁊ denotaꝛ ſolūmō ꝑ iſtā ꝓpoſitionē ꝙ ꝑ aliqꝺ tēpꝰ finitum pōt antichriſtus eē futurus ⁊ nō ꝑ tātū qn̄ ꝑ maius.ſ.duplū ⁊ q̄druplū ad illud poterit ipſe eē futurꝰ ⁊ ſic in infinitū ⁊ hoc ē verū in alijs vero ꝓpoſitiōibꝰ ipoſſibilibꝰ iſte terminꝰ infinitū teneꝛ categorematice ⁊ ſignificaꝛ ꝑ eas qꝺ antichriſtus poterit eē futurꝰ ꝑ tēpꝰ infinitū ⁊ quod ē poſſibile qꝺ ātichriſtꝰ i eternū erit futurꝰ ꝙ claudit formaliꝛ ɔ̄dictionē. Et cā q̄re iſti termini ſic diuerſimode teneꝛ in iſtis ꝓpoſitionibꝰ ē priꝰ dicta in p̄o ſophiſmate iō ⁊c̄. Sed forte aliꝛ ſic aꝛ ɔtra hāc reſpōſionē. Si ꝑ infinitū tēpꝰ poterit antichriſtus eē futurꝰ:ergo antichriſtꝰ diutiꝰ poterit eē futurꝰ

qꝫ in rei veritate ipſe erit futurꝰ poniꝛ.n.quod ipſe ſit futurꝰ. Et ſi ſic:ergo antichriſtꝰ poterit citiꝰ generari quā ipſe generabiꝛ:igitur ⁊ citiꝰ corrūpi quā ipſe corrūpeꝛ:ergo eadē ratiōe ipſe poterit corrūpi antequā ipſe generabiꝛ. Et ſi negatur ɔn̄a ɔtra arguitur ꝙ ſic q: ipſe poterit corrūpi an̄.a. inſtās pōatur ⁊ cū hoc ſtat ſatis qꝺ.a.inſtās erit primū inſtās in quo ātichriſtꝰ erit q: ſicut pōit reſpōſio in aliquo īſtāti generabiꝛ ⁊ pōt an̄ illud iſtās generari aꝛ tūc ſic ātichriſtꝰ pōt corrūpi ante.a.⁊ ipſe p̄o generabiꝛ in.a.inſtāti:ergo ipſe poterit corrūpi an̄ illud inſtās in quo ipſe primo erit igitur an̄ īſtās in quo generabiꝛ iō forte hn̄ ɔceditur hec cōcluſio arguta ſed tn̄ dꝛ qꝺ ex hac nō ſequitur prior.ſ.qꝺ ipſe poterit corrūpi an̄quā ipſe generabitur. Sꝫ ſi hoc aꝛ dꝛ negādo ɔſequētiā ⁊ ɔſimiliter illā ɔſequētiā antichriſtꝰ poterit corrūpi an̄quā ſor.generabitur ⁊ ſor.eq̄ cito ꝑeiſe generabiꝛ ſicut antichriſtꝰ:ergo ātichriſtꝰ poterit corrūpi an̄quā ipſe generabitur. Sꝫ ɔtra hāc reſponſionē arguitur ſic iſta reſpōſio nullū colorē hꝫ ꝓ ſuo fūdamēto niſi quod nō ē poſſibile ꝙ antichriſtus corrūpetur antequā generabitur ſꝫ illud nihil ē q: tūc ɔſimiliter haberet negare oēs iſtas propoſitiōes antichriſtꝰ pōt generari citiꝰ quaꝫ ipſe generabitur ipſe pōt eē maior quā ipſe ē vel erit ipſe poterit eē peior qꝫ ipſe erit ⁊ ſic de talibꝰ multis q̄ oēs ɔcluſiones vt notuꝫ eſt ſūt ſatis vere iō ɔſequēter reſpōdēdo ɔceditur iſta propoſitio.ſ.antichriſtꝰ poterit corrūpi antequā ipſe generabitur. Et ſi arguitur quod nō q: nō ē poſſibile ꝙ ipſe corrūpetur antequā ipſe generabitur dꝛ negādo ɔn̄am ſicut ēt negāda ē i ɔſimilibꝰ. Ad alias ꝓpoſitiōes priꝰ argutas.ſ.ꝙ ſi ꝑ infinitū tēpꝰ poterit antichriſtus eē futurꝰ ipſe poterit generari a filio ſuo ⁊ poterit generare patrē ſuū dꝛ ꝙ nulla iſtaꝝ ſeq̄tur:hn̄ tn̄ ſequitur ꝙ antixp̄s poterit generari ab vno homie q poterit eē filiꝰ ātichriſti ⁊ ipſe poterit gēraꝛ vnū hominē q poterit eē pr̄ ātichriſti ⁊ ſic de alijs. Ex iſto tn̄ nō ſeq̄tur ꝙ ipſe poterit generare patrē ſuū neqꝫ matrē ſuā vn̄ ſi arguitur ſecūdo negāda ē ɔn̄a. Aliter arguitur ad ꝑncipale ſic ponatur ꝙ antichriſtꝰ nūc ſit. Sed hoc lateat te.quo poſito arguitur ſic antichriſtꝰ ē:ergo aīa antichriſti neceſſario ē ɔn̄a pꝫ. Sꝫ arguitur ꝙ nō valet q: ſi aīa antichriſti neceſſario ē:igitur ipſa neceſſario erit ⁊ arguitur ꝙ nō q: ſi modo eſt neceſſario ⁊ ipſa neceſſario erit:ergo ipſa ſemper neceſſario erit. Et arguitur ꝙ non quia in nullo inſtanti neceſſario erit nec in aliquo tēpore futuro neceſſario erit:ergo nūqꝫ neceſſario erit ɔn̄a.pꝫ ⁊ aſſūptū arguitur q: quocūqꝫ tēpore finito dato in iſto tēpore aliqn̄ nō erit iſta aīa:ergo i iſto tēpore poterit non eſſe quia quando non erit in iſto tp̄e poterit non eſſe i iſto tempore:ergo non neceſſario erit in iſto tempore Et ɔſiliꝛ arguitur de quocūqꝫ iſtāti futuro. Sed forte dicitur ꝓ iſto ſicut ē dn̄duꝫ ɔcedēdo.ſ.ꝙ nō neceſſario erit iſta aīa i iſto tēpore futuro quocūqꝫ dato.nec neceſſario erit in iſto īſtāti quodcūqꝫ ſignetur. Sed in iſto tēpore neceſſario erit iſta aīa ⁊ ɔſimiliter in quolibet iſtāti futuro erit iſta aīa neceſſario ɔtra hāc reſpōſionē arguitur. Neceſſe eſt ꝙ iſta aīa erit i quolibet iſtāti futuro ⁊ in quolibet tempore finito futuro:ergo iſta aīa neceſſario erit i quolibꝫ inſtāti futuro.ɔn̄a pꝫ ⁊ aſſūptuꝫ arguitur ſic. Aliq̄ propoſitio neceſſaria ſignificat preciſe ꝙ iſta aīa erit inquolibet iſtās futuro. Et oīs propoſitio neceſſaria ſignificat ſicut neceſſe ē eē:ergo ⁊c̄. Ain̄s probatur q: hec propoſitio ē neceſſaria ſic ſignificādo. Iſta aīa erit inquolibet iſtās futuro:ergo ⁊c̄. Iō ꝓ iſto dicitur ſicut ē dicēdū ɔcedēdo ɔcluſionē.ſ.iſta aīa neceſſario erit i quolibet iſtāti futuro ⁊ ſi arguitur ex iſta ꝙ iſta aīa neceſſario erit i iſtāti illo vel i illo ⁊ ſic de alijs.ad q̄ſlibet iſtarū dicitur negādo ɔn̄aꝫ. Sicut.n.non ſeq̄tur de neceſſitate omnis hō ē aīal ſortes ē hō:ergo de neceſſitate ſortes ē animal/ ⁊ nec ſequitur de neceſſitate iſta anima erit ī quolibet inſtanti futuro ⁊ hoc eſt vel erit vnum inſtans futurum ergo ꝺ neceſſitate iſta anima erit in iſto inſtanti. ¶ Et ſi arguitur ex iſto ꝙ in nullo inſtāti futuro neceſſario erit iſta aīma ꝙ fuit prius argutū ſic iſta anima nō neceſſario erit in iſto inſtanti:ergo in iſto inſtāti nō neceſſario erit:ſicut ſeq̄ꝛ



potentia.g.⁊ ſi volueris ſignentur ſupra.g. quecunq; potentie finite vel infinite ⁊ probatur quod nulla illaꝝ eſt maior potentia ſortis in aliqua proportione quia.g. potentia non eſt maior potentia ſortis in aliqua proportione quod arguitur ſic ⁊ ponitur quod ſortes debeat fortificari quouſq; habeat.g.potentia vel ſibi equalem ⁊ arguitur quod ſortes immediate poſt hoc habebit.g.potentiã vel ſibi equalẽ q: ſortes imediate poſt hoc habebit.d. potentiam probatio quia immediate poſt hoc habebit maiorem potentiam quam iã habet quia fortificabit continue ⁊.d.eſt potẽtia maior potentia ſortis ⁊ in nulla proportione maior:ergo ſortes immediate poſt hoc habebit.d.potentia vel ſibi equaleȝ ⁊ immediate poſt cum habuerit.d.potentiam vel ſibi equalem habebit.g.potentiam vel ſibi equalem conſequentia arguitur ſic quia ſi non immediate poſt hoc habebit.d.potentiam ⁊ immediate poſt hoc habebit g.potentiam vel ſibi equalem.g. aliquando habebit d.potentiam vel ſibi equalem quando non habebit.g potentiam vel ſibi equalem ſignetur:igitur inſtans et illud inſtans non erit immediate poſt hoc inſtãs quia tunc duo inſtantia forent ſimul ⁊ immediata quod eſt impoſſibile:igitur illud.e.mediate poſt hoc:ergo diſtabit ab iſto inſtanti per tempus medium ſed in quolibȝ inſtanti iſtius temporis ſortes habebit. d. potentiam vel ſibi equalem vt prius argutum eſt:igitur ſimiliter inſtanti medio eiuſdem temporis habebit ſortes.g. potentiã vel ſibi equalem vel ſequitur quod ſortes nõ continue fortificabitur quouſq; habuerit.g .potentiaȝ quia.g.potentia eſt potentia quaȝ habebit ſortes poſt d.ſicut.d.erit potentia quam ipſe habebit poſt illaȝ potentiã quã ipſe iã habȝ ſic ponit iſta reſpõſio ĩpoſſibilis Et conſimiliter arguitur quod quocunq; tempore dato ſiue inſtanti quod neceſſario ſequitur quod ſicut immediate poſt hoc ſor.habebit.g.potentiam ſic probatur conſimili modo quod immediate poſt hoc habebit quãcunq; aliam potentiam ſimilem maiorem.g.⁊ ſic probatur quod ſortes immediate poſt hoc habebit tales potentias infinitas quia in quocunq; inſtanti habebit ipſe aliam ⁊ aliam potentiam ſi ipſe continue fortificetur:ergo cũ immediate poſt hoc erunt infinita inſtantia elapſa ⁊ preterita de nouo ſequitur quod immediate poſt hoc ſortes habebit tales potentias infinitas ſed ſortes in nulla proportione immediate poſt hoc erit fortior quam nunc eſt quia nec in duplo nec in triplo ⁊ ſic de alijs proportionibus ⁊ ſi ſic:ergo nulla talis potentia per quaſcunq; potentias diſtans a potẽtia ſortis eſt in aliqua proportione maior potentia ſortis ⁊ tamen quelibet illarum mediaruȝ eſt maior potentia ſortis quod impoſſibile. Jdeo pro iſto dicit quãdo arguitur quod tunc ſufficit ſortes plus portare quaȝ prius quia ipſe ſufficit portare aliquid ⁊ prius etiaȝ ſufficiebat portare aliqd ⁊ nunq; ſufficiebat portare tãtũ ſicut ipſe nunc ſufficit:ergo nunc ſufficit plus portare quam prius huic dicitur negando conſequentiam ⁊ cõceditur vt prius quod ipſe non ſufficit portare tantuȝ quantũ ipſe ſufficit portare nec ipſe ſufficit portare tãtum quantum ipſe prius ſufficit portare quia ſicut non eſt aliquod maximuȝ quod ipſe ſufficit portare ſic nec eſt aliquod maximũ quod ipſe prius ſufficiebat portare nec aliquid fuit maximum quod ipſe prius ſufficiebat portare. Et ſi arguat qꝺ.a.fuit maximũ qꝺ ipſe ſufficiebat portare quia ipſe ſufficiebat portare. a. ⁊ non ſufficiebat portare maius.a.ergo.a.fuit maximum ꝙ ipſe ſufficiebat portare.huic dicitur negando antecedens prius enim ſufficiebat portare maius.a.quia cõtinue quando ipſe portabat.a. ſufficiebat ipſe portare maius.a.quia.a.non fuit maximum quod ipſe ſufficiebat portare ſed bene eſt concedendũ quod ſortes nunq; ſufficiebat portare maius quam fuit.a.⁊ tunc arguendo ex iſto non valet huiuſmodi conſequentia ſor.ſufficiebat portare.a.⁊ ſortes non ſufficiebat portare maius quã fuit.a.ergo.a.fuit maximum quod ſortes ſufficiebat portare quia in nullo inſtanti fuit ita magnum quin ſortes ſufficiebat portare maius illo. Et ſi forte arguitur ſic ſortes prius ſufficiebat portare maius.a.⁊ ſor.eſt ita fortis ſicut nunquam prius fuit vel fortior:ergo adhuc ſufficit portare maius illo vel ſic ſor.ſufficiebat portare maius.a. ⁊ ſortes non ſufficiebat portare maius quam fuit.a.ergo ſortes ſufficiebat portare maius quã eſt. Ad hec dicitur quod neutra illarum conſequentiarum valet quia licet ſortes ſit ita fortis ſicut prius fuit ſic eſt.a.grauius quã prius fuit in aliquo inſtanti in quo ſortes ſufficiebat portare ipſum ⁊ ſecunda non valet q: licet ſortes ſufficiebat portare.a . ⁊ maius . a . tamen nunc non eſt ita paruum vel ita leue ſicut ipſum prius fuit quando ſortes ſufficiebat portare.a. vnde non ſequitur pater tuus fuit aliquando maior te ⁊ tamen nõ fuit maior quam tu fuiſti:ergo fuit maior quam tu es ponatur enim quod tu ſis ⁊ prius per annuȝ fuiſti multo maior quam vnquam fuit pater tuus. Ad ſecundã formam in principali quando arguitur quod ſortes nunc ſufficit portare plus quam prius ſufficiebat quia immediate poſt hoc ipſe ſufficiet plus portare quam nunc ſufficit:ergo eadem ratione ipſe plus ſufficit portare quam immediate ante hoc ſufficiebat portare huic dicitur negando iſtam conſequentiam. Et ad probationem:⁊ ad alias conſequentias in alijs terminis dicitur quod illa ſimilitudo non arguit quod hec conſequentia ſit bona licet ille ſint bone quia in caſu iſto non eſt dare maximum quod ipſe ſufficit per ſe portare ſed eſt dare minimum quod ipſe non ſufficit per ſe portare ibidem autẽ in omnibus propoſitis eſt dare tale vl' tale maximum vnde quando ſortes continue fortificatur eſt dare maximã quantitatem vel maximam potentiã quam ipſe habet ⁊ etiam in motu locali vbi ſor. continue recedit ab.e.puncto ſicut ibidem ponebatur dico quod continue erit dare maximam potentiam per quã diſtat ſortes in tali inſtanti vel in tali ab.e. puncto ſed ſic non eſt in propoſito non enim eſt dare maximum quod ſortes ſufficit modo portare ſicut dictum eſt frequentiſſime ⁊ ideo ſimilitudo iſta poſita non facit ad valorem iſtius conſequentie. Ad tertiam formam ⁊ vltimã quando arguitur quod ſortes nunc ſufficit portare a.quia potentia ſortis eſt ſufficiens ad portandum.a. huic dicitur negando iſtam propoſitionem. Et ad argumentum quando arguitur quod ſic quia illa requiritur ad portandum.a.⁊ nulla maior requiritur: ergo illa ſufficit:dicitur negando conſequentiaȝ quia licet nulla potentia maior requiratur ad portandum. a.tamen ad portandum.a. requiritur potentia maior illa ſicut ſi aliqua duo contingentia ad vtrumlibet ſint contradictoria requiritur quod alterum illorum ſit veruȝ nullum tamen illorum requiritur eſſe verum ſequitur ergo quod aliquod illorum ſit verum ⁊ nullum illorum ſequitur eſſe verum ⁊ ſic ad portandum.a. requiritur potentia maior potentia ſortis ⁊ nulla potentia maior potentia ſortis requiritur ad portandum.a.niſi tu volueris omnino cauillatorie dicendo quod potẽtia maior potentia ſortis requiritur ad portandum .a. quia potentia celi ⁊ prime cauſe ⁊ ſic de talibus ſed notum eſt ꝙ hec reſponſio eſt minus cauillatoria quia nulla talis potentia ibi requiritur tanquam agens immediatuȝ ſed tanquam cauſa mediata conſeruans cauſam immediatam ⁊ ideo loquendo iuxta hoc quod eſt ad propoſitũ argumenti dicitur ibidem quod requiritur potẽtia maior ſicut prius dicebatur ⁊ nulla potentia maior requiritur ſicut ſatis probant argumenta prius facta ad iſtam



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

partem. Et ideo quando arguitur ſic hec potentia requiritur ad portandum.a.⁊ nulla maior requiritur ergo hec potentia ſufficit dicitur negando conſequentiā quia oppoſitum ſequitur quia ſi aliqua talis potētia requiritur ad portandum.a.⁊ nulla maior requiritur ad portandum.a.ſequitur quod ipſa non ſufficit per ſe portare.a.per tempus quia tunc iſta minor erit potentia quam aliqua que ſufficit per ſe portare.a.ideo ⁊ cetera Preterea arguitur ad principale ſic ſignetur aliquod graue quod ſit maius quaꝫ ſortes ſufficit portare in magna proportione ⁊ remittatur grauitas illius quouſqꝫ ſortes ſufficiat portare in duplo grauius illo ⁊ remittat̄ illud continue per totam iſtam horam que ſit.a.⁊ ſit continue ſortes eque fortis preciſe ſicut nunc eſt ⁊ arguitur tunc ſic ſortes iam non ſufficit portare.a.⁊ aliquā ſufficiet portare.a.ergo aliquā incipiet ſufficere portare.a.quia nunc non incipit ſignetur ergo inſtans ⁊ ſit illud.b.tunc in.b.inſtanti ſortes ſufficiet portare.a.vel non ſi non contra tunc incipiet ſufficere portare.a.ipſo non fortificato: ergo tunc ſortes erit ſufficiens portare.a.ponatur tunc quod ita cito incipiet ſortes portare.a.ſicut erit ſufficiens ad portandum.a.⁊ nunquam prius vel quod ipſe portabit.a.ita cito ſicut ipſe erit ſufficiens ad portandum.a.quia ſit ita cum caſu quod a.cōtinue deſcendat quouſqꝫ ſortes per ſe ſupportabit a.⁊ arguitur tūc ſic in.b.inſtāti.a.nō deſcēdet quia tūc ſequitur quod foret dare vltimum inſtans intrinſecum motus quia tunc deſcenderet.a.⁊ non poſt illud inſtās quia continue poſt illud inſtans quieſcet quia continue poſt erit ſortes ſatis ſufficiens ad portandum.a.⁊ ita cito portabit.a.ſicut erit ſufficiens ad portandum.a. igitur ⁊ cetera. Et arguitur tunc ſic continue ante.b.inſtans deſcendet.a.⁊ non in.b.inſtanti ⁊ tunc erit extra locum ſuum naturalem ⁊ in medio in quo ſufficeret ſatis moueri ſi non impediretur ab aliquo alio quam.a. medio vel eius reſiſtentia intrinſeca ⁊ non impeditur ab alio quam.a.forte vel eius potentia: ergo ſortes tūc portabit ipſum: conſequentia patet ex ſignificatione iſtius termini portare: ponitur enim in caſu quod medium non impediat ipſuꝫ.a.deſcenſu ſicut eſt ſatis poſſibile in multis caſibus quod deducatur reſiſtentia medij ſic quod totum medium moueatur verſus eandeꝫ differentiam poſitionis verſus quam mouetur tale graue vel quod mediuꝫ diuidatur per aliquod graue ante ipſum vel aliquo tali modo ſatis bene poteſt deduci reſiſtentia medij quod etiam ponitur in caſu poſito et tunc ſequitur quod in.b.inſtanti ſortes portabit a.ceteris paribus ⁊ ſi ſic: ergo ſortes ſufficiet tunc portare.a. ¶ Ideo ſi conceditur quod in caſu iſto erit dare primum inſtans in quo ſortes ſufficiet per ſe portare.a ⁊ fiat ſemper locutio de portare per ſe arguitur tunc ſic ſortes non ſufficiet portare.a.in.b.inſtanti quia ſi ſic ſequitur: ergo iſta concluſio quod aliqua ſunt duo equalia preciſe quoruꝫ vnum eſt eque bene applicatum ad platonem ſicut aliud ad ſortem ⁊ ſortes ⁊ plato ſunt eq̄ fortes preciſe ad portandum talia ⁊ tamen ſortes ſufficit portare.a.quod ſibi applicat̄ ⁊ plato nō ſufficit portare.b.quod ſibi applicatur ꝯſimiliter omnino nec etiā ſortes ſufficiet portare.b.licet eque bene applicaret̄ ſibi ſicut iam applicatur ſibi.a.quod hec cōcluſio ſit impoſſibilis ſatis arguitur ſic quia ex quo illa duo.a.⁊.b. ſunt eque grauia preciſe ceteris paribus que ergo foret ratio quare ſortes ſufficeret portare.a.⁊ non ſufficeret portare.b.non videtur quod poſſet aliqua ratio aſſignari nec bene poteſt eſſe ⁊ quod iſta concluſio ſequatur arguitur ſic ponatur quod ſortes ⁊ plato ſint eque fortes preciſe ⁊ ſic de omnibus particulis ibidem poſitis in pte affirmatiua illiꝰ ꝯcluſiōis ꝑ parte negatiua ꝯcluſiōis poſito.qd̄.b.graue per medietatē hore deſcē-diſſet ꝯtinue acquirēdo maiorē grauitatē ⁊ maiorē ita qd̄ eſt hoc inſtāti ſit ipſum.b.ita graue ſicut nūc eſt ⁊ ꝙ ipſum poſt hoc erit grauius quam nunc eſt tunc illo poſito ſequitur quod nec ſortes nec plato eſt ſufficiens ad portandum.b.probatio quia quantumcūqꝫ plato bene in hoc inſtanti applicetur ad.b.graue ipſuꝫ tamē.b deſcendet ſicut immediate ante hoc deſcendebat probatio quia aliter ſequitur quod ſolummodo requieſceret per inſtans vt puta per.b.quia continue ante.b.deſcendebat ⁊ continue poſt.b.deſcendet: ergo ſi in.b.inſtanti non deſcendet tunc ſolummodo quieſcet per inſtans quod arguitur ſic ſi in illo inſtanti ſufficiet ſortes vel plato portare.b.⁊ immediate poſt hoc nō ſufficiet aliquis illorum portare.b.ceteris paribus ſequitur qd̄ b.eſt maximum graue quod aliquis iſtorū ſufficiet portare: quod eſt oppoſitum prius poſiti ideo ſequitur qd̄ nullus iſtorum ſufficit portare.b. ergo eadem ratione nec.a.ſimiliter arguitur quod ſortes non ſufficit in.b. inſtanti portare.a.quia ſortes in.b.inſtanti non eſt magis ſufficiens quam prius fuit quia grauitas illius continue remittetur ſed ſi grauitas illius.a.non remittetur ceteris paribus tunc ſortes non ſufficeret portare: ergo nunc non ſufficit conſequentia patet ⁊ aſſumptuꝫ probatur ſcilicet quod ſortes non eſt magis ſufficiens ad portandum.a.propter hoc quod grauitas eius remittitur quia tunc ſequitur quod ſi grauitas illius.a.velocius remitteretur quam iam remittitur quod ſortes tunc ſufficiet magis portare.a. quam.iaꝫ ſufficiet tunc ſequitur quod ſortes ſufficit portare maius graue.a.cuius grauitas velocius remittetur quam nunc remittitur.a.quod eſt impoſſibile quia tunc ſequitur quod prius fuit magis ſufficiens portare.a.quaꝫ in.b. inſtanti quia quacunqꝫ velocitate finita remittitur aliqua maior quantitas quam ſit.a.velocius quam nunc remitteretur.a.adhuc non immediate poſt hoc erit illa ita modica ſicut immediate ante hoc fuit grauitas tota ipſius.a.igitur ſi ſortes ſufficeret portare illaꝫ grauitatem maiorem quecunqꝫ velocius remittetur ſequitur quod immediate ante.b.ipſe ſufficiebat portare.a.quod erat probandum. Ideo in principio ad hoc argumentum ſicut in quocunqꝫ alio conſimili vbi nulla pars potentie acquiritur ſubito vel deperdit̄ in agēte nec in paſſo ⁊ vbi agens debilitatur in agendo naturaliter dicitur quod non eſt dare primū inſtans in quo ſor.vel plato ⁊ ſic de alijs erit ſufficiens ad portanduꝫ per ſe.a.per tempus vel ad mouendum per ſe per tempus ſed ſortes incipit de preſenti vel incipiet de futuro per remotionem de preſenti ⁊ poſitionē de futuro eſſe ſufficiens ad portandum.a.per tempus per ſe ſic quod tunc non erit ſufficiens portare.a.per ſe. Ad argumentum in oppoſitum quando arguitur quod in.b. inſtanti ſortes portabit.a.poſito quod ſortes portabit a.ita cito ſicut erit ſufficiens ad portandum.a.huic dicitur cōmuniter multi concedendo illud ſcilicet quod in.b.inſtanti ſortes portabit.a.⁊ quando arguitur etiā quod ſortes tunc ſufficiet portare.a.huic dicitur etiam quod hoc de virtute ſermonis eſt verum ſed hoc non eſt ad propoſitum argumenti quia in.b.inſtanti nō ſufficiet portare.a.per tempus per ſe ſed ſolummodo ſufficiet portare.a.per inſtans ⁊ hoc per ſe. Et ſi arguit̄ qd̄ non ſicut arguitur in principali reductione huius argumenti quia tunc ſequitur iſta concluſio ibidem propoſita quod aliqua duo ſunt equaliter grauia ceteris paribus ⁊ ſortes ſufficit portare vnum illorum ⁊ non ſufficit portare alterum hic dicunt quod vtrumqꝫ iſtorum tam.a.quam.b.ſortes ſufficit portare per inſtans non tamen per tempus. Et idem conceditur de quocunqꝫ graui cuius potentia eſt equalis potentie ſortis ſcilicet quod ſortes ſufficit portare illud per inſtans ⁊ quando



arguit̄ quod aliquid ſolum quieſcet per iſtans huic etiā dicunt concedo concluſionem ⁊ hoc eſt ſatis poſſibile quia nunquam mouetur aliquid cum reſiſtentia niſi ex ꝓportione maioris inequalitatis. Ideo ſi potentia motiua ⁊ reſiſtentia ſint equales.⁊ ſi iam incipiat iſta potentia motiua eſſe maior illa reſiſtentia.tunc ceteris paribus mobile non mouetur.⁊ immediate poſt inſtās quod eſt preſens ipſuꝫ mouebitur ⁊ forte immediate ante illud inſtās ipſuꝫ mouebatur. Et ſi arguitur quod hoc mobile in iſto inſtanti mouetur quia nunc ſe habet aliter quam prius ⁊ forte tangit aliquem punctum quem immediate ante illud inſtans ⁊ quem immediate poſt hoc non tanget ⁊ omnes puncti quieſcūt continue: ergo ipſum mouetur huic dicitur quod non valet conſequentia ſed adhuc requiritur quod ſe haberet in proportione maioris inequalitatis ad ſuam reſiſtentiam ⁊ ideo non ſequitur quod tunc moueretur illud mobile.ſed forte iſta reſiſtentia fert ipſum per inſtans ſolum ſicut ſolet cōmuniter dici verum tamen melius poteſt dici quod nihil ſufficit portare.a.niſi quod ſufficit portare.a.per tempus ⁊ quod impedire aliquid per inſtans ſolum ne deſcendat nō eſt portare illud ſed impedire aliquid per tempus a deſcenſu ne deſcendat eſt portare illud ſi ſic ſupportando impediat illud ne deſcendat. Et iuxta vulgarem modum loquendi pondus non portatur niſi impediatur per tempus a deſcenſu ſenſibili quia vulgariter loquendo dicitur qd̄ ſortes non portat.a.niſi per tēpus ſenſibile impediat.a ne deſcendat ⁊ niſi appareret per tempus ſenſibile qd̄ ipſe portaret.a.quia quantuncunqꝫ modicum tempus eſt ſenſibile aut per ſe aut per accidens. ¶ Ideo melius dicitur quod impedire aliquid a deſcenſu per tempus notabile eſt portare illud ⁊ ſic loquendo dicitur vt prius quod non eſt dare primum inſtans in quo ſortes erit ſufficiens ad portandum.a.per ſe ſed eſt dare vltimum inſtans in quo erit inſufficiens ad portandum.a.per ſe antequam erit ſufficiens ad portanduꝫ a.per ſe ⁊ ſic de talibus alijs difficultatibus faciendis quas non ſufficit ſortes facere nec immediate poſt inſtans quod eſt preſens ſufficiet facere ⁊ aliquando ſufficiet ⁊ addatur ibi illa particula vltimum in quo erit inſufficiens antequam erit ſufficiens quia forte inſtans non erit vltimum inſtans in quo erit inſufficiens ſed poſt illud inſtans aliquando debilitabitur quouſqꝫ fuerit debilis ſicut modo eſt vel ſicut aliquando fuit ⁊ cetera. Et tunc ad argumentum quando arguitur quod in.b.inſtanti ſortes erit ſufficiens portare.a. quia tunc incipiet portare dicitur quod non valet iſta conſequentia ⁊ cauſa eſt quia licet ſortes tunc incipiet portare.a.hoc tamen eſt quia continue.a.debilitabitur quia ſi non debilitaretur vlterius tunc non inciperet ſortes portare.a.ſed ſortes non magis vel minus eſt ſufficiens portare.a.licet.a.debilitaretur quia licet a.debilitetur ſortes non eſt fortior vel debilior.ideo non eſt ſolum ex ſufficientia ſeu potentia ſua quod ipſe tunc incipiet portare.a.ſed ex debilitatione ipſius.a. ideo non valet conſequentia facta tunc incipiet portare.a.ergo tunc erit ſufficiens portare.a. ¶ Et ſi arguitur quod illud repugnat reſponſioni prius poſite ponitur enim ibidem quod ſortes ſit inſufficiens portare tantum pondus quia ipſo pondere exiſtente tanto ipſum applicatum ad ſortem tantum debilitaret ſorteꝫ quod ipſe non portaret illud ſi tamen ſortes non debilitaretur per actionem illius ponderis in ſorte cum foret ſibi applicatum ſortes ſatis ſufficeret illud portare.quia modo potentia portatiua illius ſortis eſt equalis potentie motiue illius ponderis: ergo vt vult iſta reſponſio ſortes eſt inſufficiens quia ipſe debilitabitur: ergo eadem ratione ponetur hic quod ſortes eſt ſufficiens quia.a.debilitabitur cuius oppoſitum eſt acceptum. Sed huic dicitur quod non valet iſta conſequentia quia ſortes in principio non ponebatur inſufficiens propter fortitudinem ponderis ſed propter paſſionem quam infert ſibi illud pondus quam paſſioneꝫ ſortes non ſubſtineret ſupportando illud idem pondꝰ. ideo non ſequitur licet ibi ipſe foret inſufficiens propter debilitatē ſibi illatā ab ipſo pōdere qd̄ hic foret ſufficiēs propter debilitatē pōderis ex materia pōderis vel aliūde ab aliquo extrinſeco ſed ſi ſortes ſufficeret tantūmodo debilitare.a.grauitatem ſicut ipſe nunc debilitatur ab aliquo intrinſeco vel extrinſeco alio a ſorte bene ſequitur quod ſortes ſufficeret modo vel in.b.inſtanti portare.a.ſed illud eſſet falſum ideo non procedit argumentum ſicut nec priora ⁊c̄.

## Nonum ſophiſma.

n Eutrum oculum habendo tu potes videre. quod ſic arguitur aliquem oculum non habendo tu potes videre ⁊ nullus eſt oculꝰ quin illum non habēdo tu potes videre: ergo quēlibet oculum non habendo tu potes videre ⁊ vltra igitur neutrum oculum habendo tu potes videre. ¶ Similiter neutrum oculum habens tu potes videre: igitur ⁊ cetera conſequentia patet.⁊ antecedens arguitur ſic lignum potes videre ⁊ omne lignum eſt neutrum oculum habens: igitur neutrum oculum habens poteſ videre. Similiter ad idem arguitur. aliquorum oculorum neutrum habens potes videre quia iſtoruꝫ oculorum neutrum habens potes videre demōſtratis duobus oculis canis tui ſiue cati: ergo aliquorum oculorum neutrum habens potes videre iſta conſequentia patet.⁊ ex conſequente iſto arguitur quod ſi aliquoruꝫ oculorum neutrum habens potes videre.ergo neutrū oculum habendo potes videre. Similiter neutrū oculum habens potes aliquid videre: ergo neutrum oculum habens potes videre aliquid: conſequentia pateꝫ ⁊ antecedens arguitur quia anticriſtus poteſt videre aliquid ⁊ anticriſtus eſt neutrum oculum habens cuꝫ neutrum oculum habeat quia anticriſtus nō eſt vt ſupponitur: ergo neutrum oculum habens poteſt videre ⁊ vltra: ergo neutrum oculum habendo poteſt aliquid videre. ¶ Similiter tu potes videre ſine aliquo oculo quod ſic arguitur ⁊ ponitur quod tu habeas duos bonos oculos quorum vtroque per ſe potes videre. ¶ Et arguitur tunc ſic tu potes videre ⁊ nullus oculus requiritur tibi ad hoc vt tu videas ergo neutro oculo indiges ad videndum ⁊ ſine illo quo nō indiges ad vidēdū potes videre ḡ ſine oculo potes videre ⁊ ſi ſic ḡ neutrū oculū habēdo potes videre. Similiter nullo oculo indiges ad videndū: ergo nec dextro oculo indiges ad videndum nec ſiniſtro oculo indiges ad videndum: ergo non habendo dextrum oculum potes videre ⁊ eadem ratione neutrum oculum habendo potes videre. Ideo forte conceditur ſophiſma. ¶ Sed arguitur quod ſophiſma ſit falſum quia oppſitum ſophiſmatis eſt verum ergo ⁊ cetera. antecedens ſic arguitur hec eſt vera aliquem oculum habendo tu potes videre ⁊ hoc eſt cōpoſitum ſophiſmatis: ergo ⁊ cetera. Ponatur enim quod iſte due propoſitiones preciſe primarie ſignificent ⁊ tunc quod iſta particularis ſit vera ſatis patet quia dextrum oculum habendo potes videre: ergo aliquem oculum habendo potes videre ⁊ qd̄ iſta pticularis ꝯdicat ſophiſmati. Arguit̄ ſophiſma ē vna vniuerſalis negatiua de ꝯ.milibꝰ terminis oīo ſicē illa pticularis affirmatiua ⁊

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ōcs termini ſunt vniuoci ⁊ preciſe ideꝫ ſignificantes ⁊
pro eiſdē ſuponunt in vna propoſitione ⁊ in alia: ergo
contradicunt. Similiter arguitur quod ſophiſma ſit
falſum quia ſequitur neutrum oculum habendo tu po
tes videre: ergo non potes videre habendo aliquem
oculum: ex oppoſito enim ſequitur oppoſitum quia ſe-
quitur aliquem oculum habendo potes videre: er-
go potes videre habendo aliquem oculum ⁊ econtra:
ergo alterum oculum habendo potes videre ſed hoc
cōtradicit ſophiſmati vt prius argutū eſt: ergo ⁊ cetera
Similiter ſequitur neutrum oculum habendo potes
videre: ergo licet nullum oculum habeas potes vi-
dere. ❡ Sed arguitur quod non quia ſi nullum ocu-
lum haberes non poſſes videre poſito enim quod non
eſt poſſibile aliquem non habentem oculum videre
nec quod aliquis qui nunc eſt non habens oculum ali-
quem poſſit videre nec habere aliquem oculum quia
deduco miracula ⁊ tunc notum eſt quod hoc eſſet po-
nendum quod nullus homo qui eſt non habens oculuꝫ
poſſit habere aliquem oculum quia ſi talis poſſet ha-
bere aliquem oculum hoc nō foret naturaliter ſed mi-
raculoſe. Ideo deductis miraculis ſequit̃ ſi tu nullum
oculum haberes non poſſes videre ſed ex ſophiſmate
ſequitur vt prius argutum eſt licet nullum oculum ha
beres adhuc poſſes videre: ergo ſophiſma falſuꝫ. Ideo
dicitur ad ſophiſma negando ipſum. Et quando ar-
guitur quod ſophiſma ſit verum quia aliquem oculuꝫ
non habendo potes videre ⁊ nullus eſt oculus. vel po-
teſt eſſe oculus quem non habendo non potes videre
ergo quemlibet oculum non habendo potes videre.
conceditur conſequentia. Et quando arguitur ex conſe-
quente: igitur nullum oculum habendo tu potes vide-
re: huic dicitur negando conſequentiam illam argui-
tur enim ibidem ab vniuerſali affirmatiua ad vniuer
ſalem negatiuaꝫ que quodammodo ſibi contrariatur
licet nō oino ſicut cōmuniter dicitur de contrarijs naꝫ
iſte due vniuerſales affirmatiue non ſunt eedem om-
nino quemlibet oculum habendo potes videre ⁊ quē
libet oculum habendo potes videre nec vna iſtarum
formaliter ſequitur ex altera illarum ſed ille due ſatis
bene ſtant ſimul poſito quod habeas duos bonos ocu-
los ſicut prius poſitum eſt. ⁊ ideo licet iſte due propoſi-
tiones quemlibet oculum non habendo potes videre
⁊ neutrum oculum habendo potes videre non repu-
gnant formaliter tanquam vere contrarie. tamen re-
pugnant ſimpliciter quia ex vna illarum formaliter ſe
quitur oppoſitum alterius licet tamen non forte tali
contrarietate que eſt inter contraria proprie dicta cuiuſ
modi ſunt vniuerſalis affirmatiua. ⁊ vniuerſalis ne-
gatiua que ſibi contrariantur ſequitur enim neutrum
oculum habendo potes videre: ergo non potes vide-
re habendo aliquem oculum. ⁊ tūc ſequitur ex iſto ſi nō
potes videre habendo aliquem oculum: ergo tu non
potes videre que ſatis manifeſte repugnat huic vni-
uerſali affirmatiue quemlibet oculum non habendo
potes videre. Ad conſequentiam ſecundam tertiam
⁊ quartam quibus arguitur ad ſophiſma quod neutrū
oculum habens potes videre dicitur negando quam
libet talem conſequentiam qua concluditur concluſio
illa quia illa concluſio eſt impoſſibilis quia eius oppoſi
tum eſt neceſſarium. hec enim eſt neceſſaria aliquem
oculum habendo tu potes videre ⁊ ad iſtam concluſio
nem concludendam arguitur tamquam ab inferiori
ad ſuperiꝰ negatione prepoſita: primo eniꝫ arguitur ſic
ligňuꝫ poteſt aliquid videre ⁊ omne lignum eſt neutrū
oculum habens: igitur neutrum oculum habens po-
teſt videre ſic enim arguendo contingit turpiſſime ar-
guere quod nullus homo eſt animal quia aſinus eſt ani
mal ⁊ aſinus eſt nullus homo: ergo nullus homo eſt ani
mal tertia illarum conſequentiarum eſt hec aliquoruꝫ
oculorum neutrum habens potes videre: ergo neutrū
oculum habens potes videre arguitur enim ibidem
tanquam ab vno contradictorio ad reliquum. Quarta
illarum eſt hec antichriſtus neutrum oculum habet et
antichriſtus eſt neutrum oculum habens. ⁊ antichri-
ſtus poteſt videre: ergo neutrum oculum habens po-
teſt videre: iſta non indiget nunc negari ſicut nec ali-
qua duarum conſequentiarū precedentium quia nul-
la eſt euidentia in ipſa nec in aliqua illarum ad quintā
quando arguitur quod tu poteſt videre ſine oculo ne-
gatur iſta propoſitio tamquam impoſſibilis. Et quan-
do arguitur quod ſic quia nullus oculus requiritur ad
hoc vt tu videas poſito quod tu habeas duos bonos
oculos huic dicitur cōcedo iſtam propoſitionem ⁊ cōce
ditur quod nullo oculo indiges ad videndū quia nec
dextro nec ſiniſtro ⁊ quando arguitur: ergo tu potes vi
dere ſine aliquo oculo huic dicitur negando conſequen
tiam ſed ſequitur quod ſine oculo tu potes videre et
hoc eſt concedendum ⁊ verum quia ſine iſto oculo tu
potes videre ⁊ ſine iſto tu potes videre ⁊ ſic de ſingu-
lis quocunqꝫ demonſtrato ſuppoſito ſemper quod tu
habeas duos bonos oculos: ſi tamen non haberes ni-
ſi vnū oculum tantum tunc non poſſes videre ſine iſto
oculo. ⁊ cetera. Sed forte contra hanc reſponſionem
arguitur quia ſi indiges aliquo oculo ad videnduꝫ er-
go ſine iſto oculo non potes videre ſed tu indiges ali-
quo oculo ad videndum: ergo ſine oculo non potes vi
dere. ❡ Similiter ſic tu indiges aliquo oculo ad vi-
dendū: ergo tu indiges aliq̄ oculo ad videndū ſine quo
tu potes videre vel indiges oculo ad videndum ſine
quo tu non potes videre ſed non indiges oculo ad vi-
dendū ſine quo tu potes videre: ergo indiges oculo ad
videndum ſine quo tu non potes videre. Similiter ſic
tu indiges oculo ad videndum: ergo indiges oculo ad
videndum quo indiges ad videndū aut indiges ocu-
lo ad videndum quo non indiges ad videndum ſed
non indiges oculo quo non indiges ad videndum: er
go indiges oculo ad videndum quo indiges ad viden
dum ſed ſi aliquo oculo indiges ad videndum ſine illo
non potes videre: ergo non ſine aliquo oculo potes
videre. Ad hoc reſpondetur negando quamlibet talē
conſequentiam tu indiges aliquo oculo ad videndum
ergo ſine illo non potes videre nam hoc conſequens ſi
gnificat quod ſine oculo quo indiges ad videndum nō
poſſes videre ſed hoc eſt falſum quia nullus eſt oculus
quo indiges ad videndum. Et quando arguitur vlte
rius ſic tu indiges oculo ad videndum: ergo aut indi-
ges oculo ad videndum ſine quo potes videre. vel in
diges oculo ad videndum ſine quo non potes videre.
huic poteſt dici negando diuiſionem illam pro vtraqꝫ
parte ſui quia vtraqꝫ pars iſtius diuiſionis implicat
quod aliquo oculo indiges ad videndū ſed hͤ eſt falſuꝫ
vt prius probatum eſt quia nec oculo dextro nec ſini-
ſtro indiges ad videnduꝫ: ideo nullo oculo indiges ad
videndum. Et ideo non indiges oculo ſine quo potes
videre nec indiges oculo ſine quo non potes videre.
Et conſimiliter diceretur quod non indiges oculo ad
videndum quo indiges ad videnduꝫ nec indiges ocu
lo ad videndum quo nō indiges ad videndum quia
illa implicant quod aliquo oculo indiges ad videnduꝫ
cōſequens falſuꝫ qꝛ nullo oculo certo indiges ⁊ ſi nullo
oculo certo idiges: ergo nec idiges oculo quo indiges nec
oculo quo nō indiges ⁊ tamē tu indiges aliquo oculo ſi
cut promitto tibi denarium ⁊ tamen nec promitto ti
bi denarium quem tibi promitto nec promitto tibi
denarium quem tibi non promitto nec eſt illa diuiſio
per ꝯdictoria ⁊ imediata ſicut nec hec ſortes ē hō albꝰ qui
currit vel hō albꝰ qui nō currit iſta .n. propoſitio foret



falſa quia vtraque pars iſtius diſiuncti forte implicat
falſum ⁊ ita eſt in propoſito ideo ⁊ cetera. ❡ Sed me-
lius ⁊ magis ſophiſtice dicitur concedendo illam di-
uiſionem ⁊ dicitur quod indigio oculo ad videndum
quo non indigio ad videndum quia indigio oculo ad
videndum ⁊ nullus eſt oculus quo indigeo ad viden-
dum ⁊ tu promittis mihi bouem quem mihi non pro-
mittis ⁊ tu indiges oculo ad videndum ſine quo tu po-
tes videre ⁊ ſic de talibus. Et ſi dicitur quod omnes
alie propoſitiones ⁊ quelibet illarum implicat contra
dictoria quia hec propoſitio promitto tibi denarium
quē tibi nō promitto ſignificat qđ ꝑmitto tibi denariū
⁊ illum denarium quem promitto tibi non promitto
Et ſi iſta propoſitio tu indiges oculo ad videndum quo
non indiges ad videndum ſignificat quod indiges ocu
lo ad videndum ⁊ quod iſto oculo non indiges ad vi-
dendū quo indiges ad videndū ⁊ ſic de talibꝰ. Huic di
cit̃ qđ nō: ſicut nec iſta ꝑpoſitio ꝑmitto tibi denariū quē
habeo in manu mea ſignificat qđ promitto tibi dena-
rium ⁊ habeo illum denarium in manu mea quem ti-
bi promitto quia forte nullus eſt talis quem tibi pro-
mitto poſito quod habeam multos denarios in manu
mea dextra vel vnum denariuꝫ in manu mea dextra
⁊ alium in ſiniſtra ſed iſta propoſitio promitto tibi de-
narium quem habeo in manu mea ſignificat quod pro
mittitur tibi denarius quem habeo in manu mea vel
qui eſt in manu mea ⁊ hoc eſt forte verum. Et conſimi
liter hec propoſitio promitto tibi denarium quem ti-
bi non promitto ſignificat quod promittitur tibi dena
rius a me qui denarius non promittitur tibi a me et
hoc forte eſt verum vel ſaltem poſſibile ſcilicet quod
tibi promittitur denarius a me licet nullus denarius
promittitur tibi ab aliquo viuente. Et conſimiliter per
omnia ad alias propoſitiōes prius poſitas. ❡ Sed in
cidentaliter arguitur cōtra hanc propoſitioneꝫ promit
to tibi denarium quem tibi non promitto quia pona
tur quod promittam tibi denarium ⁊ ſit ita gratia ex-
empli quod non aliunde tenear tibi in aliquo debito
niſi ex hac promiſſione tantum ⁊ quod ſoluam tibi in
a. inſtanti. b. denarium. ❡ Iſto poſito tunc ceteris pa
ribus poſt. a. inſtans non tenebor tibi in aliquo dena-
rio ⁊ continue ante tenebar tibi: ergo ſi aliunde non
conueniamus niſi per ſolutionem. b. denarij in. a. in
ſtanti ſoluam tibi. b. denarium quem teneor tibi ſol-
uere ſi conceditur concluſio tunc ſequitur quod iā pro-
mitto tibi. b. denarium quia aliunde non teneor tibi
in aliquem denarium: igitur iam teneor ſoluere. b. de
narium quia. b. iam promitto quod repugnat illi pro-
poſitioni poſite promitto tibi denarium quem nō pro-
mitto quia tunc promitto tibi. b. denarium quem tibi
promitto. Ideo dicitur quod non teneor ſoluere. b. de
narium contra in. a. inſtanti ſoluam tibi denariuꝫ quē
teneor tibi ſoluere ⁊ non ſoluam tibi aliquem denariuꝫ
tunc niſi. b. vt pono: igitur teneor tibi ſoluere. b. conſe
quentia patet ⁊ antecedens arguitur quia in. a. inſtanti
ſoluam tibi debitum quia in. a. inſtanti ſatiſfaciam in
ſoluendo tibi denarium ⁊ amplius non tenebor tibi
igitur in. a. inſtanti ſoluam tibi debitum ſed tunc non
ſoluam tibi aliquid niſi. b. ergo tunc debeo tibi. b. Si-
militer iam teneor tibi: ergo in aliquo debito teneor
tibi ⁊ in. a. inſtanti ſatiſfaciam ⁊ amplius non tenebor
tibi: ergo tūc ſoluā tibi debitū ⁊ nihil ſoluā tibi tūc niſi. b. ergo
tūc debet̃ tibi. b. ❡ Pro iſto dicit̃ quod nō ſoluā tibi
debitum quia nihil debetur tibi nec tunc ſoluam tibi
denarium quem teneor tibi ſoluere quia nullus eſt ta-
lis quem tenear tibi ſoluere. ❡ Et quādo arguitur qđ
ſic quia ſatiſfaciam tibi pro hac promiſſione ſoluendo
b. denarium: igitur tibi debetur. b. denariꝰ. ❡ Ex hac
promiſſione dicitur negando conſequentiam ex hac
enim promiſſione debetur tibi denarius nullus tamē
denarius debetur tibi ex hac promiſſione nec aliquid
eſt tibi debitum: ex hac promiſſione ⁊ ideo concedi-
tur quod iam teneor tibi in aliquo debito ⁊ tamen nū-
quam ſoluam tibi illud debitum quia nihil eſt illud
nec aliquod eſt illud ſed ſatiſfatiam tibi omne debitū
ſoluendo tibi. b. denariuꝫ ⁊ ideo ſicut conceditur quod
promitto tibi denarium quem non promitto tibi ita
etiam conceditur quod indigeo oculo ad videndum
quo non indigeo ad videndum: ad videndum requi-
ritur oculus qui non requiritur ad videndum tamen
ad videndum requiritur oculus ſicut prius dictum eſt
ideo ⁊ cetera. ❡ Aliter arguitur ad ſophiſma ſic tu po
tes videre aliquid quod non potes videre cum aliquo
oculo. ergo neutrum oculum habendo potes videre
conſequentia patet ⁊ antecedens arguitur quia tu po-
tes videre ita modicam quantitatem ⁊ ita modicum
corpus ſicut eſt aliqua pars proportionalis tui ⁊ non
potes videre hoc cum aliquo oculo: ergo ⁊ cetera con-
ſequentia patet ⁊ antecedens probatur pro prima par
te ſcilicet quod tu potes videre ita modicam quanti-
tatem ſicut eſt aliqua pars proportionalis tui poni-
tur enim gratia argumenti quod tu videas oculum
tuum vel digitum tuum vel aliquid aliud quicquid fu
erit non eſt cura ⁊ ſit illud. a. tunc arguitur ſic tu vides
ita modicam partem ſicut eſt aliqua pars. a. et nihil
eſt minus vel poteſt eſſe minus quam eſt aliqua pars
a. ergo tu vides ita modicum ſicut eſt aliqua pars tui
conſequentia patet et etiam minor et maior eiuſdem
arguitur ſcilicet quod tu videas ita modicum ſicut eſt
aliqua pars proportionalis. a. quia ſi non ſtet oppoſi-
tum ⁊ detur aliqua pars. a. que ſit minor quam ſit ali-
quid. quod tu videas et ſit illa pars. b. et arguitur tūc
ſic tu non vides. b. nec aliquam partem equalem. b.
et. b. eſt pars quantitatiua tui igitur nihil vides conſe
quentia hec tamen arguitur ſic. quia ſi non aliquā par-
tem equalem ipſi. b. vides: ergo non vides aliquid qđ
eſt compoſitum equaliter ex duabus partibus equali-
bus ipſi. b. nec aliquam partem que eſt equalis alicui
tali conpoſito preciſe ſcilicet quod eſt compoſitum ex
duabus partibus equalibus ipſi. b. quia ſi vides aliquā
talem partem vides aliquam partem illius partis et
vtranque medietatem illius partis quia vides iſtam
partem habere duas medietates et eſſe diuiſibilem in
duas medietates ſicut eſt de omni quod videtur quia
nihil quod videtur apparet tibi indiuiſibile ſi tamen
hoc conceditur arguitur quod hoc ſit falſum quia ſi ſic
ponatur quod ſit. c. ⁊ arguitur tunc ſic. c. apparet tibi
indiuiſibile ponatur quod. c. incipiat augeri ſeu maio
rari ⁊ maioretur. c. continue per horam incipientem
ab hoc inſtanti. ❡ Et arguitur tunc quod in hoc inſtan-
ti. c. incipit apparere diuiſibile quia ſi non detur: ergo
aliquod inſtans iſtius hore in quo non appareat eſſe
diuiſibile: ⁊ arguitur tunc quod ſic: quia quocunqꝫ in-
ſtanti dato in iſto inſtanti aliqua pars erit tanta ſicut
nunc eſt totum. c. ergo in iſto inſtanti iſta pars appare-
bit ſicut nunc apparet totum. c. cum alijs paribus ⁊ po
no cetera paria quantum eſt poſſibile. ❡ Et arguitur
tunc ſic in iſto inſtanti aliqua pars. a. apparebit ſicut
modo apparet totū. c. ſed tunc non apparebit illa pars
c. totum. c. ergo tunc apparebit eſſe aliqua pars illius
c. ⁊ ſi ſic ſequitur igitur quod tunc apparebit. c. habe-
re duas partes: ergo tunc. c. apparebit eſſe diuiſibile
ſed omne quod apparet eſſe diuiſibile: apparet eſſe di
uiſibile in duas medietates: ergo tunc apparebit habe
re duas medietates. ſꝫ tūc nō erit aliq̄ medietas. c. tāta
ſicut. c. fuit in pricipio huiꝰ hore vel ſicut nūc eſt. c. ergo quia ra

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tione tunc apparebit: pars minor quam iam eſt .c. iaꝫ apparet aliqua pars minor quam iam eſt .c. ⁊ conſimiliter arguitur per appropinquationem oculi verſus .c vel econtra quod incipit apparere diuiſibile quamuis nunc appareat indiuiſibile. ⁊ ex iſto ſequitur quod nulla pars rei viſibilis apparet indiuiſibilis: ſed forte ſubſtinendo quod ſic. Dicitur quod in priori caſu non incipit .c. apparere eſſe diuiſibile. ⁊ conceditur quod licet iſta pars illius .c. maioretur per totam iſtam horaꝫ forte vel ſaltem per magnam partem illius illa pars non apparebit eſſe pars .c. ſicut nec in quacunque augmentatione apparet res continue maior ⁊ maior licet ipſa continue ſit maior quam prius ⁊ cauſa eſt quia pars apparet eſſe tanta ſicut ipſa tota res: ⁊ non ſolum vna pars apparet eſſe tanta ſicut ipſa tota res ſed infinite partes ſunt quarum quelibet apparet eſſe tanta ſicut ⁊ totum in tali caſu ſed non infinite immo nulle due apparent tante ſicut ⁊ totum: quia nulle due quarum vtraqꝫ apparet tanta ſicut ⁊ totum apparent eſſe due diſtincte partes. ſed apparent eſſe vna ⁊ eadem quantitas ſcilicet totum corpus fortis ⁊ ideo non apparent tante quia non apparent eſſe plures partes ſed illud totuꝫ quia non apparet quod ibi ſint multa equalia ita magna ſicͭ totū: ſꝫ vnū totū ꝙ ē illud totū. partes enim ille licet ſint diuerſe ⁊ diſtincte non tamen apparent eſſe diuerſe: nec diſtincte quia tantum communicant adinuicem quod pars illa cum qua non cōmunicant non eſt ibidem ſenſibilis ideo ⁊ cetera. Et ſic forte per omnia dicitur de ipſo .c. in caſu poſito de ipſo .c quod non in principio huius hore incipit .c. apparere quantum vel diuiſibile quia licet continue poſt primū inſtans illius hore erit ita quod infinite partes .c. apparent tamen in nullo inſtanti illius hore erit ita qꝺ alique partes .c. apparent eſſe partes .c. ſed quelibet pars que apparet eſſe: apparet eſſe totum .c. ⁊ hec reſponſio eſt ſatis probabilis difficile tamen foret experiri ipſam fore veram. Et ideo arguitur contra iſtam reſponſionē aliter data illa reſponſione ſequitur quod poſſibile eſſet quod tu videres mille homines. ⁊ tamē non videres aliquem hominem nec aliquam hominem ⁊ breuiter non videres aliquod animal rationale nec aliqua duo animalia nec tria: ⁊ ſic de alijs. ſed pauciſſima animalia que tu videres forent mille homines quod videtur eſſe impoſſibile: ⁊ abſurduꝫ. Et quod hoc ſequatur ex iſta reſponſione conſequenter reſpondendo arguitur ſic quia ponatur quod in aliqua diſtantia appareat tibi vnus exercitus mille hominum in qua diſtantia non ſufficias diſtinguere ⁊ videre minorem numerum quam ſit numerus mille hominum iſto caſu poſito ſequitur iſta concluſio propoſita ſcilicet quod tu vides. ibi mille homines ⁊ nullum hominē nec aliquam hominem vides. nec aliquos homines. nec aliquas: ⁊ ſic deinceps vſqꝫ ad mille quia pauciores non poteſt diſtinguere ab alijs in tali diſtantia vt ponit in caſu. ergo ⁊ cetera ⁊ quod caſus ſit poſſibilis ſatis apparet per iſtam reſponſionem datam poteſt etiam ille exercitus remoueri quouſqꝫ appareat indiuiſibilis. Similiter ſequitur quod quantumcūqꝫ bene apponatur viſui tuo aliquod coloratum album ſecundū aliquam ſuperficiem planam ⁊ politam quod non vides quamlibet partem extremam illius colorati terminatam ad iſtam ſuperficiem tibi obiectam. ⁊ tunc ſignata parte vna directa obiecta oculo tuo in iſta ſuperficie non videres eam quod non videtur verum. Ideo forte dicitur ſicut eſt dicendum quod nihil apparet indiuiſibile licet nullum argumentum factum adhoc cogat ad hoc dicendum ſed quia veriſimiliter eſt hec pars quam prior poteſt autem ſatis bene concedi iſta concluſio propoſita et quelibet conſimilis ſcilicet quod aliquis videt mille homines ⁊ cetera loquendo ſemper de per ſe videre quod eſt videre aliquid per intentionem appropriatam ⁊ diſtinctam per quam ſolam vna res viſa ab alia reuiſa diſtinguitur: eſt enim hoc verum: ⁊ cum ſimiliter concedendum quod tu vides mille homines: ⁊ nullum hominem vides: ⁊ quod vides viginti quartaria frumenti: ⁊ tamen nullum granum vides ⁊ ſic de talibus: quia notum eſt quod in quacunque diſtantia qua vides tantum cumulum frumenti vel lapidum tu diſtinguis per viſum vnuꝫ granum vel lapidem ab alio grano vel lapide loquendo tamen diuidere cōmuniter quod eſt recipere intentioneꝫ rei viſibilis ipſam reꝫ viſibilē non per ſe: ſed cum multis alijs iuxta poſitis actualiter comprehendendo ipſam non diſtinguendo ab alijs ſed indiſtincte comprehendendo conceditur quod nihil eſt ita modicum quin minus eo poſſit videri: ⁊ videtur ſed non poteſt videri ita modicum ſicut eſt aliquid nec poteſt videri ita modicum ſicut poteſt videri aliquid quia nihil eſt ita modicum nec aliquid poteſt eſſe ita modicum ſicut eſt aliquid quod poteſt videri ⁊ ideo quando arguitur in principio quod tu poteſt videre ita modicum ſicut eſt aliqua pars proportionalis tui hoc eſt negandū tanquam impoſſibile ⁊ ideo eſt illa minor vera ſcilicet quod cum nullo oculo potes videre ita modicum ſicut eſt aliqua pars proportionalis tui ⁊ non probatur concluſio quia antecedens eſt impoſſibile ideo ⁊ cetera.

¶ Sed forte arguitur contra aliam reſponſionem datam que ponit quod nihil eſt ita modicum quin potes videre minus eo: quia ex iſta reſponſione ſequitur ꝙ ita diu videbis milleſimam partem .a. viſibilis ſicut tu videbis .a. viſibile poſito quod .a. ſit vnum viſibile quod diſparebit per partem poſt partem quouſqꝫ non videatur aliqua pars illius quia quandocumqꝫ videbis .a. videbis medietatem .a. ⁊ quartam partem .a. ⁊ octauam partem .a. ⁊ ſic de omnibus talibus partibus proportionalibus .a. quia iuxta iſtam reſponſionē ſequitur quod ſi tu vides aliquid tu vides medietatem illius. ſequitur etiam ex hac reſponſione quod ſi quadratum aliquod oblongetur a viſu quouſqꝫ omnino diſparebit quod ita cito deparebit totum illud quadratum ſicut aliquis angulus illius poſito quod continue obiciatur conſimiliter ſicut ⁊ prius ⁊ ſecundum eandem ſuperficiem preciſe quod arguitur vt prius quia ſequitur tu vides hoc quadratum: igitur tu vides quamlibet partem proportionalem illius tibi obiectam ad videndum conſequentia patet per reſponſionem intuenti ⁊ ſi ſic: ergo vides quattuor angulos illius ſicut prius ⁊ ſic arguitur pro omni inſtanti quouſqꝫ ipſum omnino diſparebit ⁊ arguitur quod hoc ſit falſum ſicut communiter eſt expertum quod quadratus in aliqua diſtantia prius apparuit quadratum eidem oculo quieſcenti eſt per allongationem ab eodem oculo apparebit aliquando circulare eidem oculo ipſo tamen continue manente quadrato. ſicut prius ⁊ arguitur tunc ſic. tunc apparebit idem quadratum quando apparebit circulare. ⁊ tunc non apparebunt anguli. nec tunc videbis angulos: igitur non ita diu apparebunt anguli ſicut illud quadratum. ¶ Similiter arguitur ad idem ſic nulla pars poteſt videri per maiorem diſtantiam quam iſtam per quam poteſt multiplicare intentionem ſuam. ſed non per tantam diſtantiam poteſt aliqua pars alicuius multiplicare intentionē ſuaꝫ ſicut totum cuius eſt pars poteſt igitur non ad ita magnam diſtantiam poteſt quelibet pars videri ſicut poteſt totum cuius eſt pars conſequētia patet ⁊ maior ſimiliter ⁊ minor. Arguitur illa ſcilicet quod pars non



ratione vnꝰ binariꝰ foꝛet maximꝰ numerus illoꝝ triū eadem ratione alius binariꝰ foꝛet maximus numerus illoꝝ triuȝ hominū ⁊ ſic ſequitur quod quilibet binariꝰ foꝛet maximꝰ numerus illoꝝ trium hominum ⁊ ſic cum tres ſint binarij ſequitur quod tres ſunt maximi numeri illoꝝ cō ꝯñs falſuȝ huic dicit ꝙ quilibet binariꝰ illoꝝ triū hominū ē maximꝰ numerꝰ illoꝝ triū hominū. Et qn̄ arguit tūc tres foꝛent maximū iſtoꝝ triū hominū huic dicit ꝙ nō quia illi tres binarij quoꝝ quelibet vnitas ē hō nō ſunt illoꝝ triū hominū vñ nulli ſunt oēs binarij illoꝝ triū hominū loquēdo ſemꝑ de binario cuiꝰ q̄libet vnitas eſt hō. ¶ Similiter nulli ſunt oēs binarij iſtoꝝ triū pūctoꝝ quibuſcūqȝ tribꝰ punctis demonſtratis q: nec duo binarij nec tres binarij illa tñ puncta ſunt tres binarij ſed nō ſunt tres binarij illoꝝ triū pūctoꝝ ſȝ ipſa nō ſūt oia illa tria pūcta. Et ſi ex iſto aꝛ ꝙ vna vnitas eſt vnus binariꝰ huic dicit qd̄ hoc non ſequit ſed ē impoſſibile q: nihil qd̄ ē vnū ē duo. Et ſi aꝛ qd̄ ſic q: tot binarij ſunt tria pūcta quot vnitates ſunt tria pūcta huic dicit ꝯcedendo iſtā concluſionē nulla tñ vnitas eſt binarius ſed vnitas vniꝰ binarij ē vnitas alteriꝰ binarij vnde duo binarij ſunt tres binarij nulle tñ due vnitates ſunt duo binarij ſed tñ vnus binarius ideo nō ſeqtur qd̄ aliqua vnitas eſt binarius patet igitur per iaȝ dicta qd̄ nō valet iſta conſequentia quilibet binariꝰ illoꝝ triū binarioꝝ ē binariꝰ illoꝝ triū hominū vel illoꝝ triū pūctoꝝ: ergo oēs iſti binarij ſunt binarij illoꝝ triū hominū vel punctoꝝ ſicut non ſequit quilibet illoꝝ triū ē aliqs illoꝝ triū igitur oēs iſti tres ſunt aliqui illoꝝ triū ē enim antecedēs verū ⁊ conſequēs falſum ad aliam foꝛmā qn̄ arguit qd̄ vnus binarius illoꝝ triū hominū ē altero binario illoꝝ triū hominū maioꝛ negat illud tantus enim numerꝰ ē binarius q̄ eſt duo pūcta ſicut ē binariuſ qui ē duo aſini vel duo boues ⁊ ſi aꝛ qd̄ nō q: iſte res numerate videlicet iſti aſini ſunt maioꝛes et iſte res numerate ſunt iſti binarij ſunt maioꝛes.

¶ Huic dicit negando cōſequentiā pōt tñ fieri diſtinctio ex iſto qd̄ iſte terminꝰ maioꝛes pōt determinare iſtū terminū numerus vel iſtū terminū res ſi iſtū terminū numerus tūc certū ē ꝙ nō valet iſta ꝯña ſicut nec illa iſte res ſunt maioꝛes: ⁊ iſte res ſunt iſti numeri: ergo iſti numeri ſunt numeri maioꝛes. ¶ Si iſtū terminū res tūc ē iſte ſenſus iſti nūeri ſunt maioꝛeſ. i. res maioꝛes tñ vt credo meliꝰ ē omittere iſtā diſtinctionē q: nō videt rationale ꝙ iſte terminus maioꝛes poterit ibidē determinare aliū terminū quā iſtum terminū numerū ex quo in iſta ꝓpoſitione nullꝰ aliꝰ terminuſ exponit ⁊ adeo negādū ē iſtā ꝓpoſitiōeȝ ſumptā videlicet iſtā iſti duo binarij ſunt maioꝛes quaȝ iſti duo binarij demonſtrando ꝑ li ꝑmū iſti duos binarios q̄ ſunt q̄ttuoꝛ boues ⁊ ꝑ li ſm̄ iſti duos binarios q̄ ſunt q̄ttuoꝛ pūcta vñ iuxta coiem modū loquendi logicalē ē iſta ꝓpoſitio neganda iſte faber ē bonꝰ demonſtrato vno homine q̄ ſit bonus hō ⁊ malꝰ faber pōt tñ ibi fingi vnꝰ extraneꝰ intellectꝰ. ſ. ꝙ iſte faber ē bonꝰ q: ē bonꝰ hō vl' bonꝰ carpētariꝰ ⁊ ſic de alijs determinationibꝰ quaꝝ nullam in rei veritate dat iſta ꝓpoſitio intelligere quātū ē ex pte ſue ſignificatōis pōt tñ dari huiuſmodi diſtinctio q̄ tñ nō ꝯpetit ſibi rōne ſue ſignificatiōis ꝓprie ⁊ cōſimilit ē in ꝓpoſito: ergo ⁊c. ſed ꝯ hoc adhuc aꝛ ꝓbando qd̄ vnꝰ talis binariꝰ q̄ ē duo magni boues ē maioꝛ quā vnus binariꝰ q̄ ē duo pūcta q: vtraqȝ ps illius binarij ē in infinitū maioꝛ quā aliq̄ ps alteriꝰ binarij: ḡ totus. a. binariꝰ ē maioꝛ quā totꝰ. b. binariꝰ ſit ꝑmus numerus. a. ⁊ ſecūdus numerꝰ. b. ꝯña ꝓbatur q: quibuſcūqȝ duobus ſignatis ſi aliq̄ ps vniꝰ ſit maioꝛ quā aliq̄ ps alterius ipſuȝ tunc ē altero maiꝰ: cū ḡ q̄libet ps. a. ſit in infinitū maioꝛ quā aliqua ps. b. ſeqtur ꝙ. a. ē in infinintū maius q̄ȝ ē. b. vel ſaltē maius aſſumptū aꝛ q: q̄libet ps. a. ē vnꝰ magnus bos ⁊ per poſituȝ ⁊ q̄libet pars. b. ē vnꝰ pūctus. Sȝ oē coꝛpꝰ ē in infinitū maius q̄ȝ ē aliqs pūctꝰ: ḡ ⁊c. Similit a. binariꝰ hȝ infinitas ptes ſed. b. binariꝰ nō hȝ niſi duas partes: ergo. a. binariꝰ ē maioꝛ. b. binario ⁊ maioꝛ huiꝰ vltimi argumēti patet ꝑ poſitū. ¶ Ad hec reſpondet ꝑmo ad primū negādo ꝙ aliq̄ ps. a. eſſet maioꝛ q̄ȝ aliq̄ ps. b. q: nulla ē ps. a. nec aliq̄ ē ps. b. ⁊ etiā q: nullū coꝛpꝰ nec aliq̄ in mūdo ē maiꝰ vel minꝰ vl' eq̄le alicui pūcto vel alicui indiuiſibili ꝙ enim nulla ſit ps. a. probatur q: nulla ē pars iſtoꝝ duoꝝ boū q: nulla ē ps cois vtriqȝ iſtoꝝ q: nec vnꝰ bos eſt ps ſui nec alteriꝰ bouis q: nullū aīal ē ps alicuiꝰ in mūdo. Et ꝯſimiliter aꝛ de. b. ꝙ nulla ē ps. b. q: punctꝰ nō ē ps alicuiꝰ in mūdo q: nihil cōponit ex pūctis. Et ſi aꝛ qd̄ ſic q: . b. binariꝰ cōponit ex illis duobꝰ pūctis huic dicitur ꝙ nō ſed. b. binariꝰ ē illa duo vnde. b. binariꝰ nō cōponitur ex illis duobꝰ pūctis nec ex aliqbus alijs q: nō ē aliqd̄ cōpoſitū nec aliq̄ cōpoſita id. b. nō cōponitur Et ſi arguit qd̄ ſic q: . b. binariꝰ ē poſtq̄ȝ nō fuit: ḡ aliqd cōpoſuit. b. binariū vel compoſuitꝰ. b. binariū: ḡ. b. binariꝰ ē ꝯpoſitꝰ vel ſuit cōpoſitus huic dicit negando ꝯñaȝ pōt tñ diſtingui de iſto termino cōponi dicit enī aliqd cōponi q: ipſum ē poſtquā nō fuit alio modo non dicitur aliqd cōponi qn̄ ipſum componit ex diuerſis ptibus ſuis qualitatiuis ⁊ quātitatiuis ſecundū ſpeciē a quibꝰ ipſum cōpoſitū differret ſpecie et iſto modo loquēdo. b. nō cōponit ⁊ iſte modꝰ ē priꝰ modꝰ loquēdi de cōpoſito ideo ſatis bene pōt negari ſicut ē negatuȝ ꝙ. b. ē cōpoſitū. Sed iuxta hoc arguit ſaltē ꝙ. a. ē cōpoſitū quia habet diuerſas partes qualitatiuas ⁊ quantitatiuas ex quibus componitur igit ⁊c. aſſumptū aꝛ. b. iſti duo boues habēt huiuſmodi ptes ex quibꝰ cōponūt ⁊ iſti duo boues ſunt. a. ergo. a. hȝ tales ptes ex quibꝰ cōponit ipſuȝ. a. ḡ. a. ē cōpoſitū huic dicit quod. a. cōponit ſed. a. non ē cōpoſitū ſed ē duo cōpoſita ⁊ ideo licet. a. binariꝰ habeat infinitas ptes nō tñ hȝ aliquā ptē ⁊ infinite ſunt ptes illoꝝ duorū aīalium ⁊ tñ nulla ē ps vna iſtoꝝ duorū aīaliū q: ſi aliq̄ foꝛet ps illoꝝ ſequit ꝙ illa foꝛet cois vtriqȝ illoꝝ ſed nulla ē tal' ergo ⁊c. Iuxta ꝙ ē aduertēdū ꝙ aliqs ē numerꝰ q̄ non hȝ ptē nec ptes ⁊ aliquis ē numerꝰ q̄ habet ptes ⁊ tñ nō hȝ aliquā ptē ⁊ aliqs ē numerus q̄ hȝ ptes ⁊ ſimiliter habet ptē aliquā ⁊ q̄libet numerꝰ q̄ habet ptē hȝ infinitas ptes ſic vniuerſaliter habet oīs numerꝰ q̄ hȝ ptes aliq̄s q: ex duobꝰ indiuiſibilibꝰ nō componit aliqs adequate. ¶ Exemplū primi patet in. b. numero. Exemplū ſecūdi patet in. a. numero. Exempluȝ tertij patet aſſignato vno numero qui ſit foꝛtes ⁊ caput foꝛ. ille numerꝰ tūc hȝ ptē q: eſt vna ps cois vtriqȝ. ſ. foꝛti ⁊ capiti puta cerebrū vel oculus vel naſus ⁊ ſic de alijs ptibus coibꝰ taȝ toti foꝛti quā etiā capiti foꝛtis ⁊ aliter nūquā eſt cōcedendū ꝙ aliqs numerꝰ habet aliquā ptē niſi illa foꝛet cois cuilibet vnitati eiuſdē numeri. Et per hec patet reſponſio ad aliā foꝛmā quādo arguebat qd̄ a. numerus foꝛet maioꝛ. b. numero q: hȝ infinitas parteſ ⁊c. ⁊. b. nō habet niſi duas ⁊c. huic dicitur qd̄ ſecūda ꝓpoſitio ē falſa illa. ſ. b. nō habet niſi duas ptes illa enim implicat ꝙ. b. hꝫ aliq̄s ptes ⁊ h̄ ē falſum q: nullꝰ numerꝰ cuiꝰ aliq̄ vnitas ē indiuiſibilis hȝ aliq̄s partes q: nulla habet aliq̄s ptes niſi qdlibet iſtoꝝ habeat aliquas partes. Si tñ ſic aꝛ. a. numerus habet infinitas ptes que ſunt nūeri ⁊. b. nō habet niſi duas vnitates vel. b. nō ē niſi due vnitates q: . b. nō habet aliqd nec aliq̄ cū ſint duo puncta: ḡ. a. ē maioꝛ numerus q̄ȝ ſit. b. huic dicit negando ꝯſequētiā q: quāuis. a. habeat infinitas ptes tñ nulla iſtaꝝ ptiū ē vnitas illiꝰ. a. ⁊ ideo nō ſeqtur ꝙ. a. numerꝰ foꝛet maioꝛ. b. numero ſed foꝛte aꝛ ꝯ illud ſic. a. hȝ infinitas ptes ⁊. a. ē quantitas diſcreta q: nūc: ḡ. a. eſt ſue ptes q: oīs quātitas diſcreta eſt ſue ptes ſicut apparet ex deſcriptione quātitatis diſcrete eſt enī quātitas diſcreta talis cuiꝰ ptes nō copulant ad aliquē terminū coiem: ḡ ex ptibus quātitatiuis diſcretis nō cōponit aliqd̄ vere vnū: ḡ illa quātitas diſcreta ē ille partes nō copulate ad terminū coiem ⁊ ſi. a. quātitas diſcreta ſit ſue ptes ⁊ a. partes ſunt infinite ſeqtur ꝙ. a. quantitas ē quantitas diſcreta infinita ⁊ ſi ſic ergo. a. numerus ē infinitus ſimiliter ex deſcriptione quātitatis diſcrete manifeſte apparet ꝙ oīs quātitas diſcreta hȝ ptes fruſta enī diceret quod quātitas diſcreta ē iſta cuius partes nō copulantur ad aliquē terminū communem niſi iſta haberet partes tres cum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tamen omnis numerus ſit quātitas diſcreta: ſequitur ergo ꝙ omnis numerus habet ptes quod prius erat negatū. ⁋ Ad hec dicitur primo ad primū quādo arguitur ꝙ ois quantitas diſcreta eſt ſue ptes dicit ꝙ hoc nomē pars ſumitur dupliciter .ſ. ꝓprie ⁊ methaforice ſiue ſecūdū ſimilitudinem: proprie dicit tale ps ex quo ⁊ alijs componitur aliquid vere vnū. Secundo modo dicitur pars pro iſto ꝙ eſt aliquid alicuius numeri ſiue aliquid alicuiꝰ aggregationis ⁊ ſic dicitur quod vnitas ē ps numeri ⁊ ciuis ē ps ciuitatis ⁊ ſic de talibus ſed in rei veritate iſte ſecundus modus loquendi nunqꝫ communiter admittit inter diſputātes ideo qn̄ dicit ois quātitas eſt ſue partes dicitur ꝙ iſta propoſitio ois quātitas diſcreta ē ſue ptes ſic intelligit videlicet ꝙ ois quantitas diſcreta ē oia iſta quorū quodlibet ē aliquid illius quantitatis diſcrete. Et ad aliā auctoritatē per quaꝫ probatur ꝙ quantitas diſcreta eſt ſue partes dicitur quod iſta ſic intelligitur videlicet quod cuiuſlibet quantitatis diſcrete ē aliquid tāquā pars que tota nō poteſt eſſe niſi illud foret ⁊ illud nō copulat ad aliquē terminū cōmunē cū alio eiuſdem quantitatis diſcrete aliqn̄ tamē quātitatis diſcrete copulantur partes ad aliquē terminū cōmunē ⁊ hoc vniuerſaliter eſt verū vbi ipſa quantitas diſcreta habet aliqꝫ partē communē vtriqꝫ vnitati illius quātitatis ſicut patet de tali binario qui ē ſoꝛ. ⁊ caput ſortis ē enim cerebrū pars cōis ſorti ⁊ etiā capiti ſuo ⁊ etiā quelibet pars illiꝰ cerebri ē conſimiliter cōis tā ſorti quā capiti ſortis: cū ergo due ptes totius cerebri vt puta due medietates eiuſdē copulantur ad aliquē terminū communē ⁊ ille ſunt partes illius quantitatis diſcrete que ē ſortes ⁊ caput ſortis ſequitur ꝙ eadem partes quantitatis demonſtrato copulantur ad aliquē terminū cōmunē. ⁋ Ideo pro iſto argumento dicitur concedendo cōcluſionē ſicut probat argumentū. Et ad auctoritatē dicenduꝫ quod illa ſic intelligitur quod quantitatis diſcrete partes non copulantur ad aliquē terminū cōmunem .i. nihil ꝙ eſt tāquā ps quātitatiua quātitatis diſcrete copulatur ad aliquid tāqꝫ ad terminū cōmunē illius quantitatis diſcrete quia nulla quantitas diſcreta habet terminū cōmunē ut ipſa ē diſcreta veꝝ ē tamen ꝙ aliqua quātitas diſcreta habet aliquē terminū cōmunē q2 due medietates in linea habent terminū cōmunem eiuſdem idem eni pūctꝰ medius eſt terminus communis vtriqꝫ iſtaꝝ medietatum ſed tamen ille punctus nō ē terminus cōmunis iſtis duabus medietatibus ꝗtenus iſte ſunt due linee ſed quatenus ille ſunt due partes vnius tertie linee cuius ille punctus ē medius punctus ideo ⁊c. ⁊ illud videtur ſatiſfacere tam littere auctoritatis illius quā etiā intellectui intendit eniꝫ philoſophus ibidē dare differentiaꝫ inter quātitatē diſcretā ⁊ continuā per hoc ꝙ partes quātitatis continue copulātur ad aliquem terminuꝫ cōmunē ⁊ partes quantitatis diſcrete non copulant ad aliqueꝫ terminū cōmunē partes eni quantitatis continue copulantur ad vnū cōmunē terminū qui ē eis communis quatenus ipſe ſunt partes quantitatis cōtinue ideo ⁊c. ad aliam quando arguitur ꝙ ois quantitas diſcreta ē ſue partes dicit vt prius dicebatur ꝙ iſta ꝓpoſitio ē impoſſibilis ⁊ etiā hꝫ particularis eſt impoſſibilis aliqua quantitans diſcreta ē ſue partes ⁊ ſimiliter iſta aliquid ē ſue partes ſed omne ꝙ ē aliquod vl' ē indiuiſibile vl' ꝯpoſitū ex ſuis partibus ⁊ omnis quantitas diſcreta ē omnia illa quorum quodlibet ē aliquid illius quātitatis diſcreta ideo ⁊c.

## Decimū ſophiſma.

o Omnes apoſtoli ſunt duodeciꝫ ꝙ arguit ſic omnes apoſtoli ſunt ⁊ non plures nec pauciores quā duodecim ſunt omnes apoſtoli dei: ergo ſophiſma ad oppoſitū arguit ſic omnes apoſtoli dei ſunt duodecim ergo oēs qui ſunt apoſtoli dei ſunt duodeciꝫ ſed petrꝰ ⁊ paulꝰ ſunt apoſtoli dei: ergo petrus ⁊ paulus ſunt duodecim ſimiliter ſi omnes apoſtoli dei ſunt duodecim: ergo omnes apoſtoli dei ſint: ſed aꝛ ꝙ nō quia nec petrus ē nec paulus ⁊ ſic de ſingulis: ergo ⁊c. antecedens ſic arguitur quilibet illorum erat occiſus pro fide xp̄i ⁊ ſuſtinendo fidem vel ſalutē moriebatur ꝗ ⁊c. ⁋ Ideo ad hoc ſophiſma reſpondetur diſtinguendo hoc ſophiſma eo quod iſte terminus omnes poteſt teneri collectiue vel diuiſiue: ſi collectiue tūc eſt iſte ſenſus illi qui ſunt oēs apoſtoli dei ſunt duodecim: ſi diuiſiue tunc eſt iſte ſenſus quicunqꝫ ſunt apoſtoli dei ſunt duodecim ⁊ iſte ſenſus claudit oppoſita ⁊ ſic tenēdo iſtū terminū omnes ē hoc ſophiſma impoſſibile: tamen tenendo iſtū terminū collectiue ē ipſum dubitandū q2 dubiū nunquid aliquis ſit apoſtolus poſſibile enim foret ꝙ deꝰ nunc acceptaret dominū papā in apoſtolū ⁊ omnes epiſcopos ⁊ omnes cardinales quilibet enim illorum ſuppleret hic vicem apoſtoli ⁊ ſic haberet ſe vt apoſtolus ⁊ dico ꝙ quilibet illoꝝ eēt apoſtolus quomodo bene hoc cōceditur ꝙ ſi ſimpliciter accepti ſint ad tale officium a deo ꝙ ipſi ſint nominati apoſtoli ⁊ cū dubiū ē vtruꝫ plures vel pauciores inter eos ſint ſic accepti a deo ideo ſatis ꝓbabitur poteſt dubitari ſophiſma. ⁋ Si tamen arguit ſic petrus ⁊ paulus ⁊c. ſunt oēs apoſtoli dei ⁊ illi ſunt duodecim: ꝗ ⁊c. huic dicitur ſimpliciter negando illud antecedēs quia illi duodecim modo nō ſunt nec ipſi duodecim fuerunt omnes apoſtoli multi enim fuerunt apoſtoli preter illos duodecim qui fuerunt apoſtoli paulus enim ⁊ mathias ⁊ multi alij fuerunt apoſtoli pꝰ ꝑmos duodecim apoſtolos ſed nomen appellationis cōpetit principaliter illis qui in pleuerunt nominis officiuꝫ ſpeciali vocatione diuina ſed ⁊ paulꝰ ⁊ mathias ſecuti ſūt dominū merito vnde ſinguli eoꝝ ſimul apparent merito ⁊ ſpeciali ꝓrogatiua digniſſime ꝑponendi vnde non modo prelati conſtituuntur apoſtoli ſed ſacerdotes ⁊ ipſi apoſtoli dei nominantur ideo ſimpliciter loquendo iuxta cōmuneꝫ modū loquendi negandū ē ſophiſma in vtroqꝫ ſenſu quia nullus iſtoꝝ apoſtolorū ē ſi tamen ponit gratia exempli ꝙ modo forent duodecim apoſtoli dei ⁊ nō plures tunc accipiendo iſtum terminū omnes collectiue ē ſophiſma concedendū ⁊ tunc dicitur negādo illam conſequentiam omnes apoſtoli dei ſunt duodecim ⁊c. q2 in conſequente iſtius relatiui qui circūuoluti tenetur ille terminꝰ omnes diuiſiue ⁊ ē hoc conſequens conuertibile cū hac ꝓpoſitione quicūqꝫ ſunt apoſtoli dei ſunt duodecim tamen poteſt reſpondens hoc conſequens diſtinguere ſicut ⁊ antecedens ſed hoc non oportet quia ſatis limitatur per cōmuneꝫ modū loquendi per aliquos terminos appoſitos. Et ideo adhuc negat iſta conſequentia ſicut prius ⁊ cōceditur ꝙ oēs apoſtoli dei ſūt duodecim in caſu poſito ⁊ aliqui apoſtoli dei non ſunt duodecim ⁊ ſi arguit ſic aliq apoſtoli nō ſunt duodeciꝫ ꝗ nō oēs apl'i dei ſunt duodecim. Huic dicit negando cōſequentiaꝫ quia accipiendo iſtuꝫ terminū oēs collectiue non conuertūtur nec equipollent iſte due ꝓpoſitiones aliqui apoſtoli dei nō ſunt duodecim ⁊ non oēs apl'i dei ſunt duodeciꝫ q2 tenēdo ſi hoies collectiue ſignificat illa ꝓpoſitio nō oēs apl'i dei ſunt duodecim ꝙ nulli qui ſunt omnes apl'i dei ſunt duodeciꝫ ⁊ hoc ē falſū in caſu poſito vnde iſta ꝓpoſitio oēs apoſtoli dei ſunt duodecim tenendo li omnes collectiue nō ē vniuerſalis ſed indefinita ⁊ ſignificat vt dictū eſt ꝙ illi q ſunt omnes apoſtoli dei ſunt duodecim ⁊ ideo iſta ꝓpoſitio non omnes apoſtoli dei ⁊c. omnes que ē eius cōtradictoria ſignificat ꝙ nulli qui ſunt apoſtoli dei ſunt duodecim ⁊ idō neceſſarium ē ꝙ ſic tenendo li omnes non contradicūt ille due ꝓpoſitiones omnes apoſtoli dei ſunt duodecim ⁊ aliq apoſtoli dei non ſunt duodecim ſed ſunt ſimul concedende poſito caſu ꝑori. ⁋ Reſpectu tamen alicuius ꝑdicati tales due ꝓpoſitiones repugnaret quātumcūqꝫ li omnes teneret collectiue q2 ille due ꝓpoſitiōes repugnant ⁊ contradicunt omnes apoſtoli dei currunt ⁊ aliqui apoſtoli dei nō currūt: aliqui apoſtoli dei nō ſūt ſancti ⁊ omnes apoſtoli dei ſunt ſancti ⁊ ſic vniuerſalit de talibꝰ multis vbi talis eſt terminus ꝑdicatur de iſto termino omnes qui non poſſunt verificari de iſto affirmatiue niſi verificentur ꝓ quolibet ſuppoſito illiꝰ vnde ſeqtur omnes apoſtoli dei currunt: ergo qlibet apoſtolꝰ dei currit ſimiliter ſeqtur omnes apoſtoli dei



ſunt ſancti: ergo quilibet apoſtolus dei eſt ſanctꝰ ⁊ ideo qualiter cūqꝫ accipitur iſte terminus oēs in iſta propoſitione oēs apoſtoli dei currūt cōtradicit ſibi hec ꝓpoſitio aliqui apoſtoli dei nō currūt ſed hoc nō eſt niſi gratia terminoꝝ vnde reſpectu nominis numeralis non valet huiuſmodi argumentuꝫ omēs apoſtoli dei ſunt duodecim: ergo quilibet illorū eſt duodecim nec ſequitur ꝙ aliqui illorū ſunt duodecim ⁊ per hoc ſatis patere poteſt diuerſitas: ⁊ cōſimiliter nō ſequit oēs ꝓpoſitiones ſunt vere: ergo quelibet ꝓpoſitio ē vera ponēdo ꝙ due ꝓpoſitiones forēt oēs ꝓpoſitiones cū hoc tamē ſtat ꝙ multe forēt ꝓpoſitiones falſe ⁊ in iſto caſu bene poteſt concedi ſicut cōmuniter ſolet concedi ꝙ oēs propoſitiones ſunt vere ⁊ tn̄ alique propoſitiones ſunt falſe ⁊ ſimiliter ꝙ alique ꝓpoſitiones nō ſunt vere ⁊ ſic de multis alijs vbi predicat talis terminꝰ de iſto termino ois qui pōt verificari de oībus ſimul licet nō verificetur de ſingulis ⁊ maxime qn̄ talis terminꝰ ſupponit reſpectu iſtius termini oēs q2 tūc vniuerſaliter tenetur ille terminꝰ ois collectiue ſicut quicūqꝫ alius terminus multiplex habēs tantū vnā ſignificationē ex parte predicati vn̄ cū ſic dicitur duodecim ſunt oēs apoſtoli dei ibidē tenet li oēs collectiue: ſimiliter hic aliqui ſunt oēs hoies ſimiles: aliq̄ ſunt oia cōpoſſibilia iſtoꝝ demonſtratis ꝗttuor ꝓpoſitionibꝰ ꝗꝝ due affirmatiue contradicūt duabꝰ negatiuis earūdē ⁊ ſic de talibꝰ vniuerſaliter tenet iſte terminꝰ oia collectiue ⁊ nō diuiſiue quātū eſt ex parte ſue ſignificationis ſed reſpectu aliorū terminorū illius ex parte ſubiecti vel predicati ſiue accipiat collectiue ſiue diuiſiue quātū ad veritatē ⁊ falſitatē nō eſt cura ſicut prius dictū eſt. ideo reſpectu talium predicatorū non oportet diſtinguere tales propoſitiones oēs homines currunt: oēs homines ſunt albi: ⁊ ſic de talibus vniuerſaliter reſpectu nominis numeralis bene cadit diſtinctio ſicut priꝰ dictū eſt ideo ⁊ cetera. ⁋ Sed forte poſito caſu iſto concedit ſophiſma ſicut ē cōcedendū in iſto caſu ſed contra hoc arguit ſic oēs apoſtoli dei ſunt duo ⁊ nulli duo ſunt duodecim: ergo non oēs apoſtoli dei ſunt duodecim aн̄s arguit ſic oēs apoſtoli dei ſunt duo ſenarij: ergo ſunt duo ⁊ aн̄s iſtiꝰ arguitur ſic oēs apoſtoli dei ſunt duodecim: ergo oēs apoſtoli dei ſūt duo ſenarij. ⁊ cōſimiliter arguit ꝙ oēs apoſtoli dei ſunt quattuor q2 ſunt ꝗttuor ternarij: ergo aliqua quattuor: igitur quattuor. Sed huic dicitur ꝙ nō apparet aliqua talis ꝯn̄a duodeci ſunt duo ſenarij: ergo duodecim ſunt duo nec aliq̄ ꝯn̄a ſibi conſimilis in iſtis terminis ſicut nō ſequit iſta grana ſunt duo cumuli: ergo iſta grana ſunt duo demonſtratis multis granis q̄ ſunt duo magni cumuli magni grani nec ſequit iſti termini ſunt iſte due ꝓpoſitiones: ergo iſti termini ſunt duo ⁊ negata illa cōſequentia nō ꝓcedit argumentuꝫ ideo ⁊c. Preterea ſi oēs apoſtoli dei ſūt duodecimꝰ: ergo nō pauciores duodecim ſunt oēs apoſtoli dei. ſed arguit quod ſic. q2 aliqui ſunt oēs pauciores duodecim ⁊ nulli alij quā oēs apoſtoli dei: igit oēs apoſtoli dei ſūt pauciores duodecim aſſumptū arguit q2 vndecim apoſtoli ſunt oēs pauciores duodecim ⁊ illi ſunt aliqui apoſtoli dei: igitur aliqui apoſtoli dei ſunt oēs pauciores duodecim ſimiliter oēs pauciores duodecim ſunt aliqui aut igit ſunt illi pauciores vndeciꝫ vel plures vel equales vndecim ꝙ non pauciores neque plures ſatis patet: ergo ipſi ſunt equales vndecim. Similiter iſte numerꝰ eſt maximꝰ numerꝰ de numero illorū duodeci ergo ⁊c. Similiter vndeciꝫ ſunt pauciores duodecim ⁊ nō plures .j. nec pauciores .j. ſunt oēs pauciores duodecim: ergo vndecim ſunt oēs pauciores duodecim. ideo ſi concedit qd̄ aliqui ſunt oēs pauciores duodeci ſignent illi ⁊ arguit qd̄ nō q2 illi non ſunt oēs apoſtoli igitur alij quā iſti aſſignati ſunt pauciores omnibꝰ apoſtolis: ſimiliter qua ratione iſti vndeci forēt oēs pauciores duodecim cōnumerando paulū ſequit etiā quod alij vndecim nō cōnumerando paulū forēt etiam oēs pauciores duodeciꝫ. Similiter ſi aliqui forēt oēs pauciores duodeci ſequit quod illi forēt oēs pauciores oībus ſed hec ꝓpoſitio claudit oppoſita. q2 ſequit aliqui ſunt oēs pauciores oībus: ergo aliqui ſunt oēs qui ſunt oēs pauciores oībus ⁊ tūc illi vel ſunt oēs vel non oēs ſi illi ſint nō oēs ſimpliciter notū eſt vt prius argutum eſt quod illi nō ſunt oēs pauciores omnibꝰ q2 quicunqꝫ ſunt aliqui illorum illi ſunt pauciores oībus: ergo ſi aliqui ſunt oēs pauciores oībus illi ſunt oēs qui ſunt aliqui illorū: ergo oēs ſimpliciter ⁊ ſi ſic ipſi nō ſunt omēs pauciores oībus. ideo dicit quod iſta propoſitō aliqui ſunt oēs apoſtoli pauciores quā duodecim claudit oppoſita ſicut ⁊ iſta aliqui ſūt oēs pauciores omnibꝰ ſicut argumentū ſatis probat: ⁊ ideo dicit in principio negando illā tāqꝫ impoſſibileꝫ ⁊ qn̄ aꝛ ꝙ duo ſunt oēs ⁊c. dicit qd̄ illud eſt ipoſſibile ⁊ qn̄ arguit ꝙ ſic q2 oēs apoſtoli pauciores duodecim ſūt aliqui aut igitur vndeci aut plures aut pauciores ⁊c. huic dicit ꝙ iſta ꝓpoſitio eſt diſtinguenda eo ꝙ li oēs pōt teneri collectiue vel diuiſiue tenēdo li oēs collectiue eſt iſta ꝓpoſitio ipoſſibilis oēs apoſtoli pauciores duodeci ſunt aliqui q2 iſta ſignificat ꝙ illi qui ſūt oēs apoſtoli pauciores duodeci ſunt aliqui ⁊ iſta ꝓpoſitio eſt ipoſſibilis tenēdo tn̄ iſtum terminuꝫ diuiſiue eſt iſte ſenſus quicūqꝫ apoſtoli ſunt pauciores .12. illi ſunt aliqui ⁊ hoc eſt verū ⁊ ideo ſic tenēdo iſtū terminū cōcedit illa ꝓpoſitio oēs apoſtoli pauciores .12. ſūt aliqui ⁊ qn̄ querit vlteriꝰ vtrū ſint vndecī aut plures aut pauciores. huic dicitur ꝙ nulli ſunt illi qui ſunt oēs pauciores omnibꝰ ſed aliqui qui ſunt pauciores omnibus ſunt pauciores duodeciꝫ ⁊ aliqui pauciores oībus ſunt .xi. nulli tamen ſunt oēs pauciores oībus ⁊ ideo negat ꝙ oēs pauciores oībus ſunt .xi. q2 ſiue collectiue ſiue diuiſiue teneat iſte terminꝰ oēs eſt iſta propoſitio falſa ⁊ ſicut negat ꝙ aliqui ſunt oēs pauciores duodecim ita etiā ē negādū ꝙ aliq ſūt oēs illoꝝ .xi. vel aliqui ſint oēs duo illoꝝ oēs tres vel oēs quatuor ⁊ ſic de quolibet tali imo ꝙ plꝰ eſt negādū ꝙ aliqui ſunt oēs illoꝝ q2 nulli forēt oēs illoꝝ niſi forēt oēs illi ſꝫ oēs ipſi nō ſunt aliqui ipſoꝝ ideo nulli ſunt oēs illoꝝ apoſtolorū ⁊ idē vniuerſaliter eſt veruꝫ in quocūqꝫ tali materia vn̄ demōſtratis .vj. punctis nulla ſunt oia illorum nec aliqua ſunt oia duo illorū nec oia tria nec oia quattuor illoꝝ tn̄ iuxta caſuꝫ ſophiſmatis aliqui ſunt omēs duo apoſtoli ⁊ aliqui ſūt oēs tres apoſtoli ⁊ aliqui ſunt oēs .vi. apoſtoli ⁊ ſi arguit ſic illi qui ſunt oēs duo apoſtoli vel ſunt petrꝰ ⁊ paulꝰ vel ſunt iohānes ⁊ andreas vel aliqui duo ſunt illi duo qui ſunt oēs duo apoſtoli. huic dicit ꝙ nulli duo apoſtoli ſunt oēs duo apoſtoli ſed oēs duodecim apoſtoli ſunt oēs duo apoſtoli ⁊ oēs .12. apoſtoli ſunt oēs tres apoſtoli ⁊ oēs duodecim apoſtoli ſunt oēs vndecī apoſtoli ⁊c. ſed forte cōtra hoc ſophiſma arguit ſic ſi oēs .12. apoſtoli ſunt oēs duo apoſtoli: ergo .12. ſunt duo cōſequēs ipoſſibile ⁊ ꝯn̄a arguit ſic quia ſi oēs .12. apoſtoli ſunt oēs duo apoſtoli: igit oēs .12. apoſtoli ſunt oēs qui ſunt duo apoſtoli ⁊ vltra: ergo .12. ſunt oēs apoſtoli ⁊ illi ſunt duo: igit .12. ſunt duo. Similiter ſi oēs .12. apoſtoli ſunt oēs duo apoſtoli: igit aliq ſūt oēs duo apoſtoli ⁊ nulli niſi oēs duo apoſtoli: ergo oēs duo apoſtoli ſunt oēs duo apoſtoli: ergo aliq duo ſunt oēs duo apoſtoli ⁊ illi ſunt .12. ergo adhuc .12. ſunt duo. huic dicit vt priꝰ ꝙ oēs duodeci apoſtoli ſunt oēs duo apoſtoli ⁊ ad argumentū vlteriꝰ qn̄ arguit: ergo oēs .12. apoſtoli ſunt oēs qui ſunt duo apoſtoli negat ꝯn̄a ſicut non ſequit .12. ſunt iſti duo ⁊ iſti duo. ⁊ ſic de ſingulis ⁊ hoc copulatim: igit .12. ſunt iſti duo ſicut nō ſequit iſti duo ſūt petrus ⁊ paulꝰ: igit iſti duo ſunt petrus q2 tn̄ hec inſtantia primo facta videt eſſe impertinēs prime ꝯn̄e negate. Eſt aduertendūꝙ iſte terminus oēs duo in hac pro

poſitiõe duodeciꝫ ſunt oẽs duo ſtat pro oibus duobꝰ ſimul ſumptis ⁊ nõ cõtingit ipſum deſcẽdere ad aliqua eius ſuppoſita ſicut nec hic infinita ſunt oia finita. Ergo infinita ſunt iſta finita vel iſta finita vel iſta finita vl' iſta ⁊c̃. ſic de ſingulis notum eſt quod non valet conſequẽtia. Unde ſicut non ſequitur infinita ſunt oia finita ergo infinita ſunt oia que ſunt finita ſic nec ſequitur in ꝓpoſito duodecim apoſtoli ſunt oẽs duo apoſtoli: ergo duodecim apoſtoli ſunt oẽs apoſtoli qui ſunt duo vel ſunt oẽs qui ſunt duo apoſtoli quod idẽ eſt quantuꝫ ad ꝓpoſitũ noſtrũ: Ad aliã formã qñ ſic arguit aliqui apoſtoli ſunt oẽs duo apoſtoli ⁊ nulli niſi omẽs duo apoſtoli: igitur oẽs duo apoſtoli ſunt oẽs duo apoſtoli huic dr̃ ꝙ non valet iſta ɔña ſed ſequit quod qui ſunt oẽs duo apoſtoli ſunt oẽs duo apoſtoli: ſꝫ adhuc arguitur cõtra illud q: cõſimiliter ſicut conceditur quod aliqui ſunt oẽs duo apoſtoli videtur eſſe cõcedẽdũ quod aliqui ita ſunt oẽs duo iſtorũ duodecim quia quicunqꝫ ſunt duo apoſtoli ſunt duo apoſtoli iſtorum duodeciꝫ: igitur ſi aliqui ſunt oẽs duo apoſtoli ipſi ſunt oẽs duo iſtoꝝ duodecim quod prius eſt negatũ huic dr̃ quod nõ valet ɔña vltimo facta ⁊ cauſa eſt q: licet quicũqꝫ ſunt duo apoſtoli ſunt duo iſtoꝝ duodecim nõ tñ requiritur ad hoc quod aliqui ſint oẽs duo apoſtoli quod ipſi ſint duo iſtorum duodecim ſimiliter ad hoc quod forent aliqui apoſtoli oẽs duo iſtoꝝ duodecim requiritur quod ipſi forẽt oẽs illi duodecim ſicut requiritur ad hoc quod aliqui ſunt oẽs duo apoſtoli quod ipſi ſint oẽs apoſtoli ſed non poteſt eſſe quod aliqui iſtoꝝ duodecim ſint oẽs iſti duodecim quia nulli poſſunt eſſe iſti duodeciꝫ niſi illi duodecim ⁊ illi nõ poſſunt eſſe aliquis iſtorũ iõ nõ poteſt eſſe quod aliqui illoꝝ ſint oẽs duo illoꝝ duodecim q: tunc oẽs iſti forẽt oẽs duodeci ⁊ ſic nõ ꝓcedit argumẽtũ iõ ⁊c̃.

## Decimũoctauũ ſophiſma.

1 Infinita ſunt finita ꝙ ſophiſma ſit veruꝫ arguitur ſic duo ſunt finita ⁊ tria ſunt finita ⁊ q̃tuor ſunt finita ⁊ ſic in infinituꝫ: ergo ſophiſma. ſimiliter aliqua ſunt finita ⁊ nõ tot ſunt finita quĩ ĩ duplo plura ⁊ ĩ triplo plura ⁊ ſic ĩ ĩfinitũ ſint finita: g̃ ĩfinita ſũt finita. ſimilit' ſi nõ infinita ſũt finita: igitur aliqua finita ſunt oia finita quod eſt impoſſibile q: dentur illa ⁊ tunc ſunt duo vel tria vel quattuor ⁊ ſic in infinitũ ſed iſta non ſunt duo nec tria neque quattuor ⁊ ſic in infinitũ q: quocũqꝫ numero finito dato adhuc contingit accipere numeꝝ iſto in duplo maiorem ⁊ in centuplo maiorẽ illo ⁊ ſic in infinitũ ideo forte ſuppoſita illa diſtinctione cõi de iſto termino infinitũ ꝙ aliqñ poteſt teneri categorematice ⁊ ſincategorematice ⁊ limitato illo ſenſu quo tenetur ſincategorematice tũc vt ſic conceditur ſophiſma ſicut eſt cõcedendũ q: ſenſus illius ſophiſmatis tunc eſt iſte aliqua ſunt finita ⁊ nõ tot ſunt finita qui in duplo plura illis ſint finita ⁊ in triplo plura illis ſunt finita ⁊ ſic in infinitum. ¶ Si tamẽ iſte terminus infinita tenetur categorematice tunc vt ſic foret ſophiſma concedendum quia tunc foret iſte ſenſus ſophiſmatis aliqua que ſunt infinita ſunt finita ſed hoc non eſt poſſibile ſed ſic non accipitur ille terminus infinita quando ponitur a parte ſubiecti alicuius ꝓpoſitionis ⁊ ipſum nõ procedit aliquod determinabile iuxta cõmuneꝫ modũ loquẽdi ſed vniuerſaliter qñ iſte terminus infinita ponit a parte ſubiecti ⁊ precedit ꝓpoſitionem aliquã nullo determinabili precedẽte ipſum tũc iſte terminus tenetur ſincategorematice ⁊ nõ categorematice niſi diſputãs velit oino vti ſic iſto termino ſed vniuerſaliter qñ iſte terminus infinita vel aliquis talis ponitur a parte predicati alicuius propoſitõnis tũc iuxta ɔmunẽ modũ loquẽdi tenet cathegorematice ⁊ ñ ſincathegorematice vñ ñ ſequit ĩfinita ſũt finita: g̃ finita ſunt ĩfinita ſicut nõ ſequit oia finita ſunt finita: ergo finita ſunt oia finita ſed contra aliqua ſunt finita ⁊ nõ plura illis ſunt finita: ergo non infinita ſunt finita antecedens arguitur ſic quia finita ſunt finita ⁊ nõ plura quã finita ſunt finita: ergo ⁊c̃. ſimiliter tantũ finita ſunt finita q: finita ſunt finita ⁊ nulla alia quã finita ſunt finita nec plura quã finita ſt finita: g̃ ñ ĩfinita ſunt finita ſimiliter ſi infinita ſũt finita: ergo plura quã duo tria quattuor ⁊ ſic in infinitũ ſunt finita conſequens falſum ſimiliter ſi infinita ſunt finita ⁊ oia finita ſunt equalia aliquibus ſic g̃ infinita ſunt eq̃lia aliquibꝰ finitis etiã arguitur ſic infinita ſunt finita: g̃ aliq̃ ĩfinita ſunt finita ad hec reſpondetur primo ad primũ quãdo arguitur ſi aliqua ſunt finita ⁊ non plura illis ſunt finita: ergo non infinita ſunt finita dicitur negãdo conſequentiã quia ſicut ibidem arguitur finita ſunt finita ⁊ non plura finitis ſunt finita ⁊ ideo antecedens eſt verũ ⁊ conſequẽs falſum ⁊ ideo conſequentia eſt neganda ſed forte arguitur quod illa conſequentia ſit bona quia ſequitur aliq̃ ſunt finita ⁊ non plura illis ſunt finita: ergo aliqua ſunt finita quibus non plura ſunt finita tunc ſignentur illa ⁊ quibuſcũqꝫ finitis datis ſi ñ plura illis ſt finita ñ ĩfinita ſt finita ſꝫ pro iſto dicit negãdo iſtã ɔñaꝫ aliqua ſunt finita ⁊ non plura illis ſunt finita: ergo aliqua ſunt finita quibus non plura ſunt finita arguitur enim ibidem a ſenſu diuiſo verũ ad ſenſum cõpoſitum falſuꝫ ideo ⁊c̃. ⁊ ſi queratur cũ dicitur aliqua ſunt finita ⁊ non plura illis ſunt finita que ſunt illa finita quibus non ſunt plura finita dicitur quod nulla ſunt finita quibus non plura ſunt finita quia quibuſcunqꝫ finitis datis plura illis ſunt finita vnde ſicut aliqua eſt pars huiꝰ linee ⁊ tamẽ nulla eſt pars huius linee maior illa ita aliqua ſunt finita ⁊ non plura illis ſunt finita ⁊ tamen quibuſcũqꝫ finitis datis ſunt aliqua finita plura ad aliud quãdo ſic arguitur tñ finita ſunt finita: ergo non infinita ſunt finita huic dicitur negãdo conſequentiã ⁊ conceditur ꝙ infinita ſunt finita ⁊ tañ tñ finita ſunt finita ⁊ ſi arguitur tunc ſic tantũ finita ſunt finita. igitur aliqua finita ſunt omnia finita ſicut ſequitur tantũ finiti homines ſunt finiti: ergo aliqui finiti homines ſunt omnes finiti homines huic dicitur quod prior iſtarũ duarũ non valet nec ſequitur licet ſecunda conſequẽtia valeat quod prima conſequentia ſit bona. probatur quia licet talis modus arguendi valeat in aliquibus tamen non valet in oibꝰ ſicut non ſequitur tantũ finita illorũ ſunt compoſſibilia illorum: ergo aliqua ſunt omnia compoſſibilia iſtorum demonſtratis quattuor propoſitionibus quarum due repugnãt alijs duabus earũdem, ⁊ ſimiliter non ſequitur tantum finiti ſunt homines ſimiles: ergo aliqui ſunt omnes homines ſimiles ⁊ ſic de multis talibꝰ iõ ſatis patet quod non valet iſta conſequentia tantum finita ſũt finita: ergo aliqua finita ſunt omnia finita ad tertiam formã quando arguitur ſic infinita ſunt finita ergo plura quam duo tria vel quattuor ⁊ ſic in infinitũ ſunt finita dicitur negando conſequentiã ⁊ conſequẽs quia antecedens eſt verũ ⁊ conſequens falſuꝫ vel poteſt diſtingui ſecundũ compoſitionem ⁊ diuiſioneꝫ ſenſus cõpoſitus foret talis qui ibideꝫ concluditur ſcilicet quod plura quã duo tria vel quattuor ⁊ ſic in infinituꝫ ſunt finita ⁊ per iſtum ſenſum denotatur quod aliqua que ſunt plura quam duo vel tria vel quattuor ⁊ ſic in infinituꝫ ſunt finita ita quod totus iſte terminus plura quam duo tria vel quattuor ⁊ ſic in infinitum ſit ſubiectum iſtius propoſitionis ita quod illa ſit vna propoſitio categorica de diſiuncto ſubiecto ⁊ ſic capiendo iſtã propoſitionẽ notũ eſt quod illa propoſitio eſt impoſſibilis ſenſus diuiſus eſt iſte plura quã duo ſunt finita et plura quam tria ſunt finita ⁊ plura quaꝫ quattuor ſunt finita ⁊ ſic deinceps copulatiue ⁊ tunc eſt vna propoſitio copulatiua cuiꝰ quelibet categorica eſt vera ſed iſta propoſitio copulatiua principaliter ſignificat iſtum ſenſum compoſitum impoſſibilem ⁊ ideo poteſt argumentum bene negari ſimpliciter. ad quartã formã dicitur concedendo cõcluſionẽ ſimpliciter illã. ſ. ꝙ infinita ſũt eq̃lia aliquibꝰ finitis ſed nullis infinitis ſunt aliqua finita equalia ⁊ ideo quãdo arguit vlterius ſcilicet infinita ſunt finita: ergo aliqua infinita ſunt finita dicitur negãdo cõſequentiaꝫ ⁊ conceditur ſimpliciter ꝙ nulla infinita ſunt finita ⁊ tñ infinita ſunt finita ⁊ cauſa eſt q: in prima illaꝝ ꝓpoſitionũ ſtat iſte terminꝰ infinita cathegorematice ⁊ in ſecũda ſtat ſincathegorematice ⁊ iõ ſatis ſtãt iſta ſimul infinita ſunt finita ⁊ nulla infinita ſunt finita. ¶ Sed ɔtra hoc ſophiſma arguit adhuc ſi infinita ſunt finita q: aliq̃ ſunt finita ⁊ nõ tot ſunt finita quin plura illis ſunt finita per idẽ ſequit ꝙ infinitꝰ numerꝰ eſt finitꝰ numerꝰ q: aliquis numerꝰ eſt finitꝰ ⁊ nõ tantꝰ numerꝰ eſt finitꝰ quin maior iſto eſt finitus numerꝰ: ergo infinitꝰ numerꝰ eſt finitꝰ numerus ꝙ videt eſſe falſum huic dicit forte ſic eſt dicendũ ꝙ infinitus numerus eſt finitꝰ numerꝰ q: aliquantꝰ numerꝰ eſt finitꝰ ⁊ nõ tantus numerꝰ eſt finitus quin in duplo maior eſt finitus ⁊ in triplo maior ⁊ ſic in infinitũ: ergo ⁊c̃. ſed contra ex hac reſponſione arguit ꝙ aliqs numerus erit infinitus numerꝰ ⁊ tñ iſte numerꝰ qñcũqꝫ erit ſolũmodo finitus q: aliquis numerꝰ qñcũqꝫ erit ſolũmõ erit finitꝰ et tñ nũqꝫ erit iſte numerꝰ tãtꝰ quin erit in duplo maior ⁊ ĩ triplo maior ⁊ ĩ q̃druplo maior ⁊ ſic ĩ ĩfinitũ q: ponit ꝙ aliqs numerꝰ creſcat ita ꝙ in prima pte ꝓportionali iſtius hore incipiẽt ab hoc inſtanti ꝙ eſt preſens ſit iſte numerꝰ ſenarius ⁊ in ſa pte ꝓportionali eiuſdẽ hore ſit iſte numerꝰ duodenarius ⁊ ſic in infinitũ quouſqꝫ labatur hora ita ꝙ in fine illius hore non ſit iſte numerꝰ nec aliqua pars illius nec aliq̃ vnitas illiꝰ tũc arguit ſic iſte numerꝰ erit ĩfinitꝰ q: erit aliquãtꝰ numerꝰ ⁊ ñ erit tãtꝰ numerꝰ qn erit ĩ duplo maior ⁊ ĩ q̃druplo maior ⁊ ſic ĩ ĩfinitũ: g̃ iſte numerꝰ erit infinitꝰ ɔña patet per priorẽ reſpõſionẽ ⁊ expoſitionẽ ⁊ ſi conceditur ɔcluſio arguit quod ſit falſa q: qñcũqꝫ iſte numerꝰ erit ille ſolũmõ finitus: igitur cũ ille numerꝰ nunqꝫ ſimul erit finitus ⁊ infinitus ſequitur quod iſte numerꝰ nunquã erit infinitus ɔña patet ⁊ añs ꝓbat q: in quolibet tẽpore in quo ille numerꝰ erit ſolũmodo finitꝰ ⁊ in quolibet inſtanti in quo ille numerꝰ erit: erit ſolũmodo finitꝰ: ergo qñcũqꝫ iſte numerꝰ erit ſolũmõ finitus ſimiliter poſito q̃ ſortes in inſtanti medio prime partis ꝓportionalis huiꝰ hore numerabit binariũ huius numeri ⁊ in inſtanti medio ſecũde partis proportionalis huius hore numerabit ſor. eundẽ binariũ quẽ numerabit prius ⁊ vnũ aliuꝫ binariũ: ſimiliter ⁊ inſtanti medio tertie partis proportionalis eiuſdem hore numerabit ſortes duplũ numerũ ad illũ numerum quẽ numerabit in inſtanti medio ſecunde partis ꝓportionalis ⁊ ſic in infinitũ vſqꝫ ad finẽ iſtius hore ita quod in fine non numerabit ipſe aliquid nec aliqua ymmo ſicut poſitum eſt quod tunc non ſit iſte numerꝰ nec aliqua vnitas illius in fine iſtius hore quo poſito ſequitur per reſponſionẽ datã ꝙ ſor. numerabit numerũ infinitũ ante finẽ iſtius hore ⁊ arguit quod nõ q: quilibet numerꝰ quẽ numerabit ſor. añ fineꝫ iſtius hore erit ſolũmodo finitus ꝙ arguit ſic q: quilibet numerꝰ quẽ numerabit ſortes in aliquo inſtanti erit tantũ finitꝰ q: quilibet numerus quẽ numerabit ſortes in aliqua parte ꝓportionali iſtius hore in aliqua ꝓportione ſe habebit ad binariũ in prima parte ꝓportionali iſtius hore numeratuꝫ ſicut patet intuenti ſed quãtũlibet numeruꝫ quem numerabit illũ numerabit in aliqua parte proportionali iſtius hore: igitur iſte numerꝰ quẽ numerabit erit tantũ finitus ɔña patet ⁊ maior ꝓbatur hec, ſ. quẽlibet numerũ quẽ ſor. numerabit illũ numerabit ĩ aliq̃ pte ꝓportionali iſtius hore q: per caſuꝫ illũ binariũ quẽ numerabit in. b. inſtanti prime partis proportionalis iſtius hore numerabit iterũ in ſcda parte ꝓportionali iſtius hore ⁊ quẽ numerabit in ſecũda parte ꝓportionali iſtius hore iterũ numerabit in tertia ⁊ ſic in infinituꝫ: ergo in nulla parte proportionali totius hore numerabit ſort. numerũ infinitũ ⁊ nõ maiorẽ numerũ numerabit ſort. quã ipſe numerabit in aliq̃ parte ꝓportionali iſtius hore: ergo nũquã numerabit ipſe numerũ infinituꝫ ſimiliter ſi ſortes numerabit numerũ infinituꝫ: ergo numerꝰ infinitus numerabit a ſorte ſed arguit ꝙ nõ q: ois numerus qui erit numeratꝰ a ſorte in aliquo inſtãti erit numeratus a ſorte ſed in nullo inſtanti erit numerꝰ infinitus numeratus a ſorte: ergo ⁊c̃. antecedẽs arguit videlicet quod ois numerꝰ qui erit numeratus a ſorte in aliquo inſtanti erit numeratus a ſorte q: ſi nõ detur aliqs numerus qui erit numeratꝰ a ſorte qui tñ in nullo inſtãti erit numeratus a ſorte ⁊ arguit ꝙ nullus erit talis finitus nec infinitꝰ q: tũc ſequitur quod iſte numerꝰ erit numeratus a ſorte ⁊ tñ qñcũqꝫ ille numerus erit: erit ille numerus nõ numeratus a ſorte q: nũquã erit ita q̃ ille numerus infinitus eſt numeratus a ſorte ⁊ ſi ſic: ergo nũqꝫ erit ille numerꝰ infinitus numeratꝰ a ſorte ſimiliter ſi plato per totã eandẽ horã numeraret ſicut modo facit ſortes hoc ſolũmõ excepto quod plato numeraret omnẽ vnitatẽ in fine iſtius hore quã prius numeraret ⁊ nullã aliã tunc plato in fine illius hore numeraret numerũ infinitũ ⁊ nõ prius numerabit numeruꝫ infinitũ nec foret numerus infinitꝰ numeratus a ſorte q: tunc foret maior numerꝰ numeratꝰ a platone quaꝫ vnquã prius ad hec reſpondet primo ad primũ quãdo arguitur quod aliquis numerꝰ eſt infinitꝰ ⁊ tñ qñcũqꝫ ille numerus erit: erit ille numerus ſolũmõ finitus. huic dicit q̃ hoc eſt impoſſibile ⁊ qñ ponit ꝙ aliqs numerus creſcat ſic quod in p̃ma pte ꝓportionali iſtiꝰ hore ſit ille ſenarius ⁊ in ſa pte ꝓportionali duodenariꝰ ⁊ ſic in infinitũ ſemp multiplicãdo numerũ huic dicit ꝙ iſte caſꝰ eſt mere impoſſibilis ⁊c̃. q: nullus numerꝰ qui eſt põt eſſe plures vnitates quã ipſe eſt in preſenti inſtanti et ideo de veritate ſicut verba protẽdũt eſt iſte caſus valde impoſſibilis hec reſponſio tamen nõ vadit ad argumentũ q: poteſt eſſe quod vni numero addat numerꝰ eq̃lis ⁊ quod illi numero ſic reſultãti adhuc addat vnꝰ equalis illi ⁊ ſic in infinitũ ⁊ ponat hoc ſimiliter ſicut p̃us poſitũ eſt de augmentatione eiuſdẽ numeri ⁊ redit idẽ ſophiſma q̃ prius ⁊c̃. ideo poſito iſto caſu de aditione illius numeri vnius ad alterũ dicit q̃ añ finẽ illius hore erit ibi aliquis numerus infinitꝰ ⁊ qñ arguit q̃ non q: in nullo inſtanti iſtius hore añ finẽ iſtius hore nec in aliq̃ pte erit ille numerus infinitus: ergo ⁊c̃. huic dr̃ q̃ iſta ɔña nõ valet in nullo inſtanti iſtius hore añ finem erit iſte numerus infinitus: ergo nũquã erit iſte numerus infinitus quia ſic cõtingeret ꝓbare quod nũquam erũt infinita inſtãtia. tunc ad argumentũ quando arguitur ſi in iſto caſu aliquãdo erit iſte numerus infinitus ⁊ cõtinue erit ita quod maximus numerus reſultans ex tali adictione eſt ſolũmodo finitus: ergo idem numerꝰ ſimul erit finitus ⁊ infinitus: huic dicitur negãdo conſequentiã ſicut nõ ſequit loquendo de tempore vt tempus eſt cõtinue in quolibet inſtãti iſtius hore poſt p̃mũ inſtãs tertie partis ꝓportionalis erit ita quod oẽs partes ꝓportionales huius hore preterite ſunt finite ſolũ g̃ nõ añ finẽ iſtiꝰ hore erũt infinite ptes ꝓportiõales iſtiꝰ hore preterite ſic nec in priori ſequitur continue ante finẽ iſtius hore erit ita quod maximꝰ numerus reſultãs ex aliq̃ adictione finitorũ eſt finitus: igitur nõ añ finem iſtius hore reſultabit numerus infinitus ſicut enim añ finẽ huius hore erũt infinite partes proportionales huius hore preterite ⁊ tñ in nullo inſtanti ante finem eiuſdem hore ſic ante finẽ iſtius hore aliquis erit numerus ĩfinitꝰ ⁊ tñ ĩ nullo ĩſtãti q: dent oẽs vnitates q̃ addentur ante finẽ iſtius hore: ⁊ notũ eſt quod ſi oẽs ille erũt infinite quod ille numerus erit infinitus ſed forte dicit ſicut cõmuniter dicit a multis quod nullus erit maximus





VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

numerus qui reſultabit ante finē iſtiꝰ hore q: nulle ſunt
nec erunt vnitates oēs que addent an̄ finē eiuſdē hore
q: infinite addenť. ſed hec reſponſio debile capit fun
damentū̄ iſta. n. cōſimiliter habet ponere quod nulla
erūt oīa inſtātia iſtius hore quia infinita erūt inſtantia
huius hore quecūqꝫ detur etiā ipſa haberet negare qð
aliqua ſunt infinita ⁊ quod in aliquo tēpore erunt infi-
nita inſtātia ⁊ quod in aliqua linea ſunt infinita puncta
quoꝝ tñ quodlibet eſt neceſſariū̄ poſito ꝙ pūctꝰ ⁊ inſtās
ſit in rerū natura q: tūc in quolibet tempore erūt infini
ta inſtantia ⁊ in qualibet linea ſunt infinita puncta: cō
ceditur igitur quod reſultabit infinitus numerꝰ ex ali-
quibus adictionibus ante finē hore date ⁊ qñ arguitur
vt prius quod quilibet numerus qui reſultabit ante fi
nē iſtius hore erit in aliquo inſtāti an̄ finē iſtiꝰ hore huic
diciť ꝙ poſito qð ille vnitates ꝯtinue addāť de nouo ⁊
ſucceſſiue ſic ſaltē ē ſať poſſibile imaginari q: aľr niſi de
imaginatiōe tantū nō eſt caſus poſſibilis nō ſequiť qð
qlibet numerus infinitꝰ qui reſultabit an̄ finē iſtius ho-
re erit in aliquo inſtanti ſed ſequiť ꝙ quilibet numerꝰ fi
nitus reſultās an̄ finē erit in aliquo inſtāti vñ iſte nume
rus finitus qui erit oēs ille vnitates addite erit ⁊ nō in
aliquo inſtanti ſicut prius dictū eſt quēadmodū in il-
lo inſtāti erūt oīa inſtātia huius hore nec oēs partes eiuſ
dē ⁊ qñ aſſumiť ꝙ quātūcūqꝫ iſte numerꝰ erit ipſe tan-
tū erit finitus huic diciť ꝙ nūqꝫ erit iſte numerus finitꝰ
ſed qñcūqꝫ iſte numerꝰ erit: erit infinitꝰ nūqꝫ. n. erit ali-
quis numerꝰ finitus qui aliqñ erit infinitꝰ vñ q: in quo
libet tēpore terminato ad vltimū inſtās iſtiꝰ hore erit
iſte numerꝰ infinitꝰ ideo ipſe nūqꝫ erit finitꝰ ⁊ in quoli-
bet tali tpe erit iſte numerꝰ infinitus q: tales vnitates
addēde erūt infinite. ſed forte arguiť ꝙ aliquod corpꝰ
erit infinitū ⁊ tñ qñcūqꝫ ipſū erit ſolūmō erit finitū q:
poniť ꝙ. a. ſit vnū corpus pedalis quātitatis ⁊ rareſiat
in prima parte ꝓportionali iſtiꝰ hore ſicꝙ in fine eiuſdē
partis ꝓportionalis ſit bipedalis quātitatis ⁊ in ſecun
da ſit tripedalis ⁊ ſic in infinitū ⁊ quod idē corpus non
erit in vltimo inſtāti hore ſed tūc ſit corruptū ſecūdū ſe
⁊ quālibet ſui partē iſto poſito ſaltē ſm imaginationē
arguiť ex iſta reſpōſione iā poſita ꝙ illud corpꝰ erit infi
nitū q: ipſū habebit infinitas ptes eq̄les nō cōmuni-
cātes q̄rū q̄libet erit pedalis quātitatis ergo ipſū erit
in infinitū ꝯñ̄a patet ⁊ an̄s ſequiť ex caſu ſm iſtā reſpon
ſionē datā q: infinitas pedales quātitates an̄ finē eiuſ-
dē hore habebit īfinitas pedales quātitates an̄ finē eiuſ
dē hore ꝯñ̄a patet per reſponſionē datā ſed ipſū nūqꝫ
erit infinitū q: in nullo inſtāti igiť ⁊c̄. ſimiliter eadē ra-
tione ex iſta reſponſione ſequiť quod ſi ſortes infinita ve
locitate mouebiť an̄ finē illiꝰ hore quod ſortes mouebi
tur infinita velocitate an̄ finē illiꝰ hore quod eſt īpoſſi-
bile ad hec reſpōdetur p̄mo ad primū negādo cōcluſio-
nē iſtā tanqꝫ īpoſſibilē tā ſcd̄m imaginationē quā ſecun
dū poſitionē. ſ. aliquid erit in infinitū in iſta hora ꝙ in
nullo inſtāti iſtiꝰ hore erit in infinitū ⁊ ad argumentū
quādo arguiť quod. a. erit in infinitū q: . a. habebit infi
nitas partes equales nō ꝯmunicātes quaꝝ q̄libet erit
pedalis quātitatis ſimul cū alia: ğ. a. erit infinitū diciť
negādo conſequētiā. Et ſi arguiť quod iſta ꝯñ̄a ſit bona
q: ſi. a. haberet infinitas partes eq̄les nō ꝯmunicātes
quaꝝ quelibet foret pedalis quātitatis tūc. a. foret in
finitū: igiť ſi habebit īfinitas ptes eq̄les ñ ꝯmunicātes
quaꝝ q̄libet erit pedalis q̄̄titať p̄ciſe ipſū erit īfinitū
huic diciť negādo ꝯñ̄am ſicut alias frequenter negate
ſunt ſimiles. Et ſi arguiť quod. a. erit infinitū eadē ra-
tione in toto tēpore ⁊ in nullo inſtāti ſicut aliquis nume
rus erit infinitus in tota hora ⁊ in nullo inſtāti illiꝰ ho-
re huic dicitur etiā negādo ꝯñ̄am ⁊ cauſa eſt q: quando
a. erit ipſum erit in aliquo inſtāti ſed iſte numerꝰ nūqꝫ
erit in aliquo inſtāti: ideo nō ſequiť ꝙ licet ille numerꝰ
erit infinitꝰ ⁊ tamē in nullo inſtāti erit infinitus ꝙ ꝓpter

hoc. a. erit infinitū ⁊ tamen in nullo inſtāti erit infinitū
ſed conceditur quod infinitū corpus erit in caſu iſto ⁊
hoc probat argummentū ſatis bene ſi tamen. a. habe-
ret in aliquo inſtāti oēs ſuas partes ita magnas ſicut
habebit in illa hora tūc. a. foret infinitū ſed in caſu iſto
a. in nullo inſtāti habebit maximā quantitatē quā ipſe
habebit: igitur ⁊c̄. Et conſimiliter ad aliā formā diciť
quādo arguitur quā ſi infinita velocitate mouebitur
ſor. ante finem iſtius hore quod ſortes mouebitur infi-
nita velocitate ante finē iſtius hore dicitur negādo cō
ſequētiā ad hoc enim quod aliquod tale ꝙ ꝯtinue erit
inſtanti aliquo erit infinitū requiritur quod ipſū in ali
quo inſtanti erit infinitū ⁊ maxime ſi ipſum debet eſſe
finitum in aliquo tempore finito ⁊ ideo breuiter nihil
poterit eſſe infinitū niſi in aliquo inſtanti poterit eſſe
infinitū. ¶ Sed forte tūc arguiť ad hoc quod ſi infini
tū ſit in preſenti inſtanti ſit aliquod infinitū ſed infini-
ta tarditas eſt inſtāti preſenti: ergo aliq̄ tarditas eſt in
finita in preſenti inſtāti ꝯñ̄s īpoſſibile. Ideo pro iſto di
ciť negādo illā vltimā ꝯñ̄am ⁊ cā eſt q: licet infinita tar
ditate moueať aliquid in preſenti inſtāti nihil tamen
eſt quod infinita tarditate mouetur in preſenti inſtanti
nec eſt aliquid quod moueť infinita tarditate ſed tamē
ſi infinita tarditate moueret hoc vel infinita tarditate
moueret illud quocūqꝫ demonſtrato bene ſequiť quod
aliq̄ tarditas eſt infinita ſicut ſequiť infinite vnitates
erunt ille: igitur ille erunt infinite vnitates ⁊ ideo ille
vnitates erunt correſpondenter infinitus numerus et
ſortes numerabit numerū infinitū ante finem iſtiꝰ ho
re poſito iſto caſu de ſorte qui ponebatur ſupra in ſecū-
da reductione huius argumenti qui caſus licet ſit im-
poſſibilis ſimpliciter eſt tamē imaginabilis ſatis ſicut
⁊ poſt caſus. Ideo admittitur concedendo quod ſortes
numerabit numerum infinitum ante finem illius ho
re. Et ad argumentum in oppoſitū conceditur quod
aliquis numerus erit infinitus qui in nullo inſtanti erit
infinitus nec in aliquo inſtanti erit infinitus ſicut priꝰ
erat conceſſum ⁊ quod ſortes numerabit numerū ali-
quē quin nullo inſtanti non erit numeratus ab eo nec
ab aliquo alio ⁊ quod ſortes numerabit numerū infini
tum ⁊ tamen in nullo inſtanti erit ille numerus infini-
tus nec in aliquo inſtanti numerabit ſortes numerum
infinitum ⁊ quādocūqꝫ ſortes numerabit ipſe numera-
bit in aliquo inſtanti ⁊ tamen in nulla proportione fini-
ta numerabit ſortes maiorem numerū quam ipſe nu-
merabit in aliquo inſtanti ⁊ ſic de talibus multis. Et
tunc quando arguitur quod non quia ſi plato numeraſ
ſet conſimiliter omnino ſicut ſortes numerabit ante fi
nem illius hore ⁊ cū hoc quod ipſe numeraret in fine
eiuſdem hore tunc primo numeraret plato numerum
infinitū in vltimo inſtanti iſtius hore quia tunc primo
foret numerus infinitus numeratus a platone. huic di
citur quod hec conſequentia nō valet tunc primo foret
numerus infinitus numeratus a platone: ergo tunc pri
mo numeraret plato numerū infinitū quia in caſu ille
prius numerabit numerū infinitū quam erit numerꝰ
infinitus numeratus a platone quia in quolibet tem-
pore terminato vſqꝫ ad vltimū inſtans iſtius hore ipſe
numerabit numerū infinitū ſicut ⁊ ſortes vnde ſic mo-
bile quodcūqꝫ prius pertranſibit ſuum ſpatium quā
ipſum erit pertranſitum ab iſto ita plato prius numera
bit numerū infinitū quam numerus infinitꝰ erit nume-
ratus a plotone ⁊ conceditur quod eſt poſſibile quod
aliquis ita numerabit numerū aliquem qui nunquam
erit numeratus ab eo nec adhuc eſt numeratꝰ ſicut ſor.
in caſu poſito. Sed forte arguitur per vnā reſponſionē
prius poſitam ad vnū argumentum in vno alio ſophiſ
mate dicitur enim ibidem ſic quod non eſt poſſibile ꝙ
aliquod mobile pertranſibit aliquod ſpatiū quod nō eſt
pertranſitū ſicut enim ibidem ſatis diffuſe erat decla-



ratū: igitur eadē ratione nec eſt poſſibile quod aliquis
numerabit numerū aliquem qui nūqꝫ erit numeratus
¶ Huic dicitur ꝙ non valet illa conſequentia quia ad
hoc ꝙ aliquis pertranſibit aliquod ſpatiū requiritur
quod illud ſpaciū ſit in aliquo inſtanti poſtqꝫ illud mo-
bile pertranſiuit idē ſed hoc non requiritur de nume
ro q: ſortes pōt numerare aliquē numerū ⁊ numerabit
forte aliquē qui nō erit in aliquo inſtanti poſtquam ip-
ſe numerauit ipſum numerū nec ante ſicut apparet in
caſu ſuppoſito ideo ⁊c̄. ¶ Sed forte adhuc arguitur cō
tra hanc reſponſionem quia ex hac videtur ſequi ꝙ
ſi infinita erunt in iſta hora talia vel talia ꝙ talia erunt
infinita in iſta hora quia illa reſponſio ponit ꝙ pro tan-
to ſortes numerabit numerū infinitū quia infinite erūt
vnitates illius numeri quem numerabat ſortes quod
nullo modo caperet euidentiā niſi ſequeretur iuxta eā
quod ſi infinite erunt vnitates illius numeri quod illiꝰ
numeri erunt infinite vnitates q: notū eſt quod nullus
eſt numerus infinitus cuius non ſunt infinite vnitates
nec aliquis eſt numerus infinitus cuius non erūt vni-
tates infinite: igitur iuxta illam reſponſitionem ſequi-
tur quod ſi infinite erunt vnitates illius numeri quo-
cūqꝫ numero dato quod eiuſdem numeri erunt vnita
tes infinite. ¶ Sed arguitur quod nulla talis conſe-
quentia valeat quia ſicut prius poſitū eſt infinitus nu-
merus eſt numerus finitus ⁊ tamē nullus numerus fi-
nitus eſt numerus infinitus ⁊ infinite ſunt vnitates ali
cuius numeri finiti ⁊ tamen nullius numeri finiti ſunt
infinite vnitates. ¶ Preterea infinite ſunt partes eq̄
les non cōmunicantes in hac linea recta ⁊ tamē in nul
la linea recta ſunt infinite partes equales non com-
municantes ⁊ infinitas partes equales non commu-
nicantes habet ſortes ⁊ tamen ſi ſortes haberet infini
tas partes equales non cōmunicantes foret infinitus
quod eſt impoſſibile. ¶ Ad hec reſpondetur primo ad
primū quando arguitur quod ſi infinite erunt vnitates
illius numeri ille numerus erit infinitus cōceditur cō
ſequentia. ¶ Et quando arguitur quod iſta conſequen
tia non valet quia infinite erunt vnitates alicuius nu-
meri finiti ⁊ tamen nullus numerus finitus erit infini
tus. ¶ Huic dicitur concedendo iſtam copulatiuā ſed
iſta non arguit quod prima conſequentia non valet q:
in antecedente illius conſequentie conceſſe predica-
tur terminus ſingularis ſed in copulatiua vtrobiqꝫ pre
dicatur terminus cōmunis vnde non ſequitur infini-
tus numerus eſt aliquis numerus finitꝰ: ergo aliquis
numerus finitus eſt infinitus vnde bene ſequitur infi-
nitus eſt iſte numerus finitus: ergo iſte terminus nume
rus finitus eſt infinitus ⁊ ſic conſimiliter ſequitur infini
te erunt vnitates iſtius numeri: ergo iſtius nume-
ri erunt infinite vnitates quocunqꝫ numero demon-
ſtrato ille tamen modus arguendi non eſt vniuerſalis
reſpectu quorūcūqꝫ terminorum ſicut ſatis apparet in
ſecunda iſtantia priꝰ facta ſcilicet iſta infinite ſunt par-
tes iſtius linee non cōmunicantes ⁊ hoc equales ⁊ tam̄
nulle partes huius linee equales non cōmunicantes
ſunt infinite ⁊ cōſimiliter ſortes nō habet infinitas par
tes equales non cōmunicantes ⁊ tamen infinitas par-
tes equales non cōmunicātes habet ſor. verum tamē
licet alie tales conſequentie non valeant non ſequitur
propter hoc quod nulle tales conſequentie valeant vn
de notum eſt quod bene ſequitur aliqui homines ſunt
igitur aliqui homines ſunt omnes homines ⁊ tamen
nō ſequitur aliqui homines ſunt ſimiles: igitur aliqui
homines ſūt omnes homines ſimiles ⁊ aliqui ſunt ho
mines equales: igitur aliqui homines ſunt omnes ho
mines equales non valet conſequentia ⁊ conſimiliter
eſt in propoſito ſcilicet quod vna talis conſequentia eſt
ſatis bona hec ſcilicet infinitas partes equales non cō
municātes habet ſortes: igitur ſortes habet infinitas

partes equales non cōmunicantes alia tamē nō valet
hec ſcilicet infinitas partes equales non cōmunicātes
habet ſortes: igiť ſortes habet infinitas partes ſui eq̄-
les non cōmunicantes vnde ex iſto ſatis patet quod be
ne valet conſequētia prius poſita ſcilicet infinita ſunt
talia vel talia qð talia vel talia ſunt īfinita ⁊ tñ nō ſequi
tur infinita ſunt corpora equalia non cōmunicantia: er
go corpora equalia non cōmunicantia ſunt infinita ⁊ h̄
eſt quia iſte terminus equalia ſignificat aliqua que ſiue
ſint finita ſiue infinita ſatis poſſibile eſt dare omnia il-
la quod ſi illa fuerunt alba ſiue nigra ſiue bona ſiue ma
la diuiſibilia ſiue indiuiſibilia ⁊ quibuſcūqꝫ talibus ac-
ceptis eſt dare omnia illa ſine cōtradictione ſed ſic nō
eſt reſpectu iſtius termini equalia nō cōmunicantia q:
licet quecunqꝫ ſunt equalia non ꝯmunicantia in iſto cor
pore albo ſunt alba tamen eſt accipere omnes partes
albas huius corporis ⁊ nō ē dare omnes partes equa-
les huius corporis nō cōmunicātes ſicut quāuis ſit da
re quaſcūqꝫ propoſitiones que ſunt ⁊ quod alique ſunt
omnes propoſitiones que ſunt ⁊ tamen nulle ſunt oēs
propoſitiones que ſunt compoſſibiles poſito quod cō-
tradictoria contingentia ſint. ¶ Et iuxta hoc poteſt ar
gui ſophiſtice quod aliquis numerus finitus eſt infini-
tus quia aliquis ſit numerus cuius non omnes vnita-
tes ſunt finite iſte numerus eſt infinitus ſed aliquis nu
merus finitus eſt huiuſmodi: igitur ⁊c̄. antecedens ar-
guitur ſic ſignetur numerus quaternarius qui ſit. a. ⁊ ſit
a. puncta quattuor ⁊ arguitur tunc ſic nulle due vnita-
tes ſunt omnes vnitates. a. nec alique tres nec alique
quattuor ⁊ ſic in infinitū: igiť nulle vnitates finite ſunt
oēs vnitates. a. igiť vt p̄us. a. ē numerꝰ īfinitꝰ antecedēs
arguitur ſic ſcilicet quod nulle due vnitates ſunt oēs
vnitates. a. numeri nec alique tres nec alique quattu
or ⁊c̄. Si dicatur ꝙ quattuor ſunt omnes vnitates. a.
Contra nulle quattuor ſunt omnes vnitates. a. quia
nulle quattuor vnitates que ſunt. a. numerus ſunt oēs
vnitates. a. numeri nec alique alie quattuor ſicut ſatis
notū eſt que non ſunt. a. numerus ſunt omnes vnita-
tes. a. numeri: igitur ⁊c̄. quod enī ille quattuor vnita-
tes. a. non ſunt omnes vnitates. a. patet quia ille quat
tuor vnitates non ſunt aliqua illiꝰ. a. ſed ſunt ille. a. nu-
merus: igitur ⁊c̄. ⁊ quod nulle tres vnitates illiꝰ. a. ſunt
omnes vnitates illius ſatis apparet quia quecūqꝫ tres
demonſtrentur adhuc ſunt alique tres quam ille tres
que ſunt conſimiliter vnitates illius. a. quia illarū triū
vnitatū quecunqꝫ dentur. a. moueať vna vnitas ⁊ cū
ipſa ponať quarta vnitas ⁊ arguitur tūc ꝙ ille tres vni
tates tūc aſſignate ſunt vnitates illius. a. numeri ſicut
prius fuerunt alie tres vnitates aſſignate ⁊ etiam cōſi
militer cōuenit ſophiſticare in iſtis terminis alique ſūt
omnes vnitates pauciores illis quattuor vnitatibus
que ſunt. a. ſi dicatur ꝙ non contra quecūqꝫ ſunt pauci
ores illis ille ſunt ſolūmodo finite quia tantū due vel
tres: ergo alique ſunt omnes vnitates pauciores illis
quattuor vnitatibus. ¶ Ideo ſi concediť ꝙ alique ſunt
omnes vnitates pauciores illis quattuor ꝯtra nec due
nec tres quibuſcūqꝫ datis illud poteſt conſimiliter oi-
no probari ſicut probatum eſt ꝙ nulle ſunt vnitates oēs
iſtius quaternarij ⁊c̄. ¶ Ad hoc reſpondetur negādo
iſtam conſequentiam ſcilicet ſi aliquis numerus cuius
non omnes vnitates ſunt finite ille numerus eſt infi-
nitus vnde cōceditur ꝙ nullius talis numeri ſunt ali-
que omnes vnitates ſicut probat argumentū factū ſa
tis bene. ¶ Et ſi arguiť ꝙ ſic q: quecūqꝫ ſunt vnitates
alicuiꝰ numeri finiti iſte ſunt ſolūmodo finite: ergo oēs
vnitates numeri finiti ſunt finitē ⁊ ſi ſic: ergo aliq̄ ſunt
omnes vnitates talis numeri finiti. ¶ Huic dicitur di
ſtinguendo antecedens vltime conſequentie ex eo quod
iſte terminus omnes poteſt teneri collectiue vel diui
ſiue tenendo iſtū terminū omnes collectiue eſt iſte ſen



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſus que ſunt oēs vnitates huiꝰ numeri ſunt finite ⁊ iſte ſenſus implicat ꝙ alique ſunt oēs vnitates huius numeri ⁊ hoc eſt falſum quecūqꝫ vnitates dentur ⁊ ſic tenet iſta conſequentia facta oēs vnitates iſtius numeri ſunt finite: ergo alique ſunt oēs vnitates huius numeri ſed antecedens eſt falſum ſicut ⁊ ꝯñs ſed tenendo iſtū terminū oēs diuiſiue eſt iſte ſenſus quecunqꝫ ſunt vnitates huius numeri iſte ſunt finite ⁊ tūc iſte ſenſus eſt verus ⁊ non valet iſta ꝯña prius facta ſic accipiendo iſtū terminū oēs ⁊ conſimiliter ſicut iam reſpondet ad iſtā formā eſt dicendū ad aliā cū arguit ꝙ nulle vnitates ſunt oēs vnitates pauciores illis quattuor vnitatibus cōcedo concluſionē. ¶ Et ad argumentū in oppoſitū quādo arguitur tantū due vnitates vel tres ſunt pauciores quattuor vnitatibꝰ: ergo alique ſunt oēs vnitates pauciores illis quattuor. ¶ Huic dicit negando ꝯñam ſicut non ſequit tantū duo illoꝝ ſunt cōpoſſibilia iſtoꝝ: igitur aliqua ſunt oīa cōpoſſibilia illoꝝ qꝛ licet tantū duo iſtoꝝ ſint cōpoſſibilia iſtoꝝ tñ nulla duo iſtoꝝ ſūt oīa cōpoſſibilia illoꝝ ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito igitur ⁊c̄. ¶ Sꝫ forte iterū arguit contra illā reſpōſionē prius poſitā .ſ. ꝙ fortes numerabit numerū infinitū ante finē illiꝰ hore qꝛ in qualibet parte ꝓportionali illius hore ipſe numerabit tantū aliquā vnitatē vel aliquas vnitates de nouo quas fortes priꝰ non numerabit ⁊ ſi ſic ponat gratia argumēti ꝙ for. in qualibet parte ꝓportionali illius hore numerabit tantū vnā vnitatem de nouo quā for. prius nō numerauit ⁊ tūc ſi fortes numerabit numerū infinitū ante finē illius hore ⁊ arguit ꝙ non qꝛ ſi fortes tunc inciperet numerare iterū eaſdē vnitates eque velociter preciſe ſicut ipſe tunc deſinet numerare eaſdem incipiendo ab eadē vnitate a qua prius incepit tunc in tota iſta hora non numeraret for. numerū infinitū quia nō imediate poſtqꝫ inceperit ipſe ſic numerare numerabit numerū infinitū qꝛ tūc ſequit quod nō prius numeraret primā vnitatē quā numeraret aliā vnitatem poſt primā ⁊ tñ nō ſimul numeraret oēs illas vnitates nec aliq̄s duas vnitates ſimul ꝙ eſt impoſſibile ⁊ ꝙ hoc ſequat ſatis apparet in tali caſu ponit .n. quod prius in prima pte ꝓportionali iſtiꝰ hore numeraſſet fortes primā vnitatē ſolū ⁊ in ſcd̄a ſcd̄am ⁊ ſic deinceps ⁊ quod for. nūc incipiat numerare eaſdem vnitates quas priꝰ numerauit ⁊ ſcd̄m eundē ordinē hoc ſolūmodo variāte quod iā numerabit cōtinue tardius ⁊ tardius ſecundū illā partē ꝓportionalē illiꝰ hore ſic cōbinando qꝺ remotior medietas illius hore ſit p̄ma pars ꝓportionalis iſtiꝰ hore ita ꝙ ſit dare vnitatē vltimo numeratam quibꝰ poſitis ſequit quod ſi fortes numerabit numerū infinitū quod ipſe imediate poſt hoc numerabit duas vnitates ſucceſſiue ⁊ nō ſimul ⁊ tñ neutrū illarū altera earundē prius numerabit ⁊ nō in fine numerabit eas quod eſt impoſſibile ⁊ quod hoc ſequat arguit ſic qꝛ for. in caſu illo numerabit numerū infinitū ꝓbatio qꝛ ipſe prius numerauit numerū infinitū ⁊ quacunqꝫ vnitate data quā for. numerauit eandē numerabit in caſu iſto ſicut ſatis apparet intuenti: ergo ſicut fortes priꝰ numerauit infinitū numerū poſt hoc etiā ipſe numerabit numerū infinitū. ¶ Et tūc arguit ſic fortes iā numerabit numerū infinitū ſed in nulla parte proportionali huiuſmodi hore numerabit ipſe numerū infinitū qꝛ in qualibet ꝓportionali huius hore ſolū numerabit vnā vnitatē: ergo imediate poſt hoc inſtās quod eſt preſens numerabit for. numerū infinitum ⁊ ſic nulla poteſt eſſe prima vnitas quā fortes numerabit: igitur fortes nō citiꝰ numerabit aliquā aliā vnitatē quā ipſe numerabit infinitas alias ſignent: ergo ille tres vnitates quas p̄us numerauit in duabꝰ partibꝰ p̄mis ꝓportionalibꝰ hore precedentis ⁊ arguit qꝺ nō priꝰ numerabit aliquā iſtarū quam numerabit oēs illas qꝛ imediate poſt hoc fortes numerabit vnitates infinitas ſicut prius ꝓbatū eſt ⁊ tūc arguit qꝺ fort. nūqꝫ numerabit aliquā illaꝝ qua iā nō numerat aliquā illaꝝ vt ſuppono nec aliquā vnitatē bis numerabit vt prius poſitū eſt: igit in caſu poſito nunquā numerabit for. aliquā iſtaꝝ qꝛ quacūqꝫ illarū data imediate poſt hoc numerabit fortes illā ⁊ nullam bis numerabit: igit for. numerabit oēs vnitates quas prius ⁊ hec ſucceſſiue ⁊ nō erit poſt hoc ita quod fortes numerat aliquā nec numerauit aliquā quod eſt impoſſibile qꝛ qua ratione foret poſſibile quod fortes p̄us numeraſſet iſto modo numerū infinitū ſucceſſiue foret ēt poſſibile quod ipſe iuxta caſum poſitū numeraret numerū infinitū ſed ſicut illud nō eſt poſſibile vt iā ꝓbatū eſt: igit nec primū: ideo pro iſto dicit vt prius quod primꝰ caſus eſt ymaginabilis licet non ſit poſſibilis de facto ſed ſecundꝰ caſus eſt impoſſibilis tā de facto quā etiā de ymaginatione qꝛ ex iſto ſequit formaliter quod fortes numerabit infinitas vnitates tñ nec ſubito nec ſucceſſiue ſequit .n. in iſto caſu vt iā argutū eſt quod nō prius numerabit vnā vnitatē quā oēs vnitates ⁊ for. nō infinities numerabit oēs nec in aliquo inſtāti numerabit aliquā quod eſt mere impoſſibile. ¶ Et ſi arguitur quod iſte caſus ſit impoſſibilis qꝛ foret poſſibile quod fortes iā inciperet numerare conſimiliter oīno ſicut prius ipſe numerauit ita quod quamcūqꝫ vnitatem fortes numerauit prius in aliqua parte ꝓportionali illiꝰ hore quod eandē numerabit in conſimili parte ꝓportionali hore iā incepte cōbinando partes ꝓportionales huiꝰ hore incipientis nūc ſic quod eius medietas remotior ſit prima eius pars ꝓportionalis ita quod vnitas quā prius numerauit primo ſit vnitas quā modo vltimo numerauit huic dicitur quod foret ſatis ymaginabile ita quod ſi prius numerauit ſecundū hunc ordinē .a. b c. quod nūc incipiat numerare ſecundū hunc ordinē c. b. a. ⁊ iſte caſus foret ſatis admittendus. ¶ Et ſi arguitur qꝺ eadem ratione foret ymaginabile quod for. incipiat numerare ſecundū hūc ordinē ſecundū quem prius incepit incipiendo a prima vnitate continue numerando ſecundū illū ordinē ſicut foret ymaginabile quod ipſe numeraret ſecundū ordinē retrogradū. Huic dicit ꝙ nō ſequit hoc quia tūc ſequitur quod aliqua foret prima vnitas a qua inciperet numerare ⁊ etiā ꝙ aliqua foret ſecunda quā numeraret poſt primā ⁊ ſic in infinitū ⁊ tñ imediate poſt inſtās quod eſt preſens numerabit numerū infinitū ꝙ claudit oppoſita ideo cōceditur ꝙ poteſt incipere numerare oīo ſicut ille iā deſinit numerare ſecundū ordinē retrogradū ⁊ nō poteſt incipere ſic numerare ſecūdū eūdē numerū ſecundū quē prius numerabit ⁊ hoc ꝓpter cauſā iā dictā vñ poſito ꝙ ipſe ſic numeraret ſicut iā deſinit numerare ſequit ꝙ imediate poſt hoc ipſe numerabit numerū infinitū ſicut ipſe iā deſinit numerare numerū infinitū ⁊ tñ quacūqꝫ vnitate data quā numerabit prius numerabit vnā aliā quā illā qꝛ nulla vnitate inciperet fortes tūc numerare ⁊ tñ ipſe tūc inciperet numerare numerū infinitū ⁊ hoc eſt ſatis imaginabile ⁊ ſatis verū ſub alijs verbis poſito .n. ꝙ for. inciperet intendere motū ſuū a quiete et tūc notū eſt ꝙ fortes inciperet intēdere motū ſuū per infinitos gradꝰ ⁊ tñ ad nullū gradū inciperet for. intendere motū ſuū ⁊ ſimiliter ſi fortes inciperet moueri in aliquo motu ſuper aliquā lineā tunc aliquis pūctus inciperet pertrāſire infinitas partes proportionales illiꝰ linee ⁊ tñ nullā partē ꝓportionalē illiꝰ linee inciperet aliq̄s punctꝰ pertrāſire cōtinue loquēdo de pūcto exiſtente in forte ⁊ ſic de talibꝰ multis infinitis quaſi qꝛ nūc incipiūt infinita inſtātia eſſe ⁊ tñ nulla duo iā incipiūt eſſe ⁊ ſic de alijs ⁊ ideo ꝯcedit eſſe ſatis ymaginabile for. numerare numerū infinitū ⁊ tñ ipſe nullū numerū finitū incipit numerare ſed ſi for. ab aliqua vnitate certa inciperet numerare ſicut priꝰ poſitū erat ꝙ ipſe a prima vnitate inciperet numerare vnitatē quā ipſe priꝰ nume-



rauit cōtinue ſeruādo iſtū ordinē ſequit oīo ꝙ aliquē numerū infinitū inciperet for. numerare ⁊ tñ nullas vnitates inciperet numerare ꝙ eſt impoſſibile vñ cōſimilis erit ibidē reſpōſio ſicut ſi poneret ꝙ fortes in vna hora inciperet intēdere motū ſuū ad gradū infinitū excluſiue ⁊ ptrāſeūdo lineā infinitā giratiuā ita ꝙ in p̄ma pte ꝓportionali illiꝰ ptranſeat for. primā pedalē quātitatē illiꝰ linee ⁊ in ſcd̄a ſcd̄am ⁊ ſic deinceps tūc notū ē ꝙ for. poſſet ꝯſimiliter remittere motū ſuū ſicut priꝰ intendebat ptrāſeundo motu retrogrado totā illā ſicut prius pertrāſita fuit iſta ⁊ tñ fortes nō poſſet ſiue non foret imaginabile ꝙ fortes ſic remittēdo motū ſuū pertrāſiret illā lineā incipiendo ab eodē puncto a quo priꝰ incepit cōtinue ſeruādo motū pertrāſeundi quem prius qꝛ tūc ſequit ꝙ for. ptranſiuiſſet totā illā lineā ſubito ⁊ nō ſemel ſed infinities ⁊ ꝙ imediate poſt hoc erit ad vtrūqꝫ extremū illiꝰ linee ꝙ nō capit ymaginatō iō ⁊c̄. ¶ Et ſi arguit ꝙ non difficiliꝰ eſt pertrāſire illā lineā incipiendo ab vno extremo quā ab alio differenter ſicut non eſt difficilius numerare illū numerū infinitū incipiēdo ab iſta vnitate quā a quacūqꝫ alia vnitate differenter eiuſdē tunc fortes poteſt eque bene incipere ab vno extremo quā ab alio cōtinue numerādo illū numerū tardius ⁊ tardius huic dicitur ꝙ nō valet iſta ꝯña qꝛ licet for. a quolibet pūcto poſſet incipere numerare ſeu pertrāſire eque faciliter nō tamē eque faciliter poteſt ipſe numerare totū illū numerū ꝯtinue tardius ⁊ tardius a quacūqꝫ vnitate incipiendo ſicut nec indifferenter poteſt ipſe ptrāſire totā illam lineam infinitā a quocunqꝫ extremo continue remittendo motū ſuum ⁊ cauſa eſt quia quelibet pars terminata ad illud extremum verſus quod illa linea eſt infinita: eſt infinita pars ideo ſi fort. incipiat ab iſto extremo cōtinue erit pars linee ptranſeunde infinita ⁊ iō ſi ꝯtinue remitteret motū ſuū nūqꝫ ipſe pertrāſibit illā lineā infinitā vel ſequit ꝙ ſubito pertrāſiret totā lineā ⁊ hoc ſequit ſi remitteret motū ſuū a gradu infinito ⁊ inciperet ab extremo finito ⁊ illud claudit oppoſitū ⁊ conſimiliter eſt in p̄mo caſu reſpectu illiꝰ numeri infiniti quē priꝰ numerauit for. ideo nō eſt iſte caſus admittendꝰ nec ex iſto ſequit ꝙ fortes non in primo caſu numerauit numerū infinitū licet nō in illo ſequit ꝙ iſte caſus eſt poſſibilis. ¶ Sed forte arguit ad hoc vt priꝰ ꝙ ſic qꝛ poſito ꝙ plato in p̄ma pte ꝓportionali iſtiꝰ hore vidiſſet .a. vnitatē ⁊ in ſecūda parte ꝓportionali vidiſſet .b. vnitatē ⁊ nō .a. ⁊ in tertia .c. vnitatē ⁊ nec .a. nec .b. ⁊ in quarta .a. ſolūmodo iterū ⁊ in quinta .b. ⁊ in ſexta iterū .a. ⁊ ſic circulariter cōtinue per oēs ptes proportionales iſtiꝰ hore ⁊ ſit nūc vltimū inſtās iſtiꝰ hore in quo iterū nō videt plato adhuc poteſt plato in hoc inſtāti incipere videre .a. b. c. tñ nunc deſinit videre ea ⁊ ſecundū eūdem ordinē ſecundū quē ipſe prius numerauit ea ⁊ qua ratione poterit plato ſic incipere videre illas tres vnitates finitas poterit ⁊ fortes ſic incipere videre iſtas infinitas quas ipſe prius numerauit quia ita velociter numerauit plato ſicut fortes ⁊ econtra qꝛ in qualibet parte ꝓportionali hore preſentis numerauit for. vnā ſolā vnitatē ⁊ cōſimiliter fecit plato vt for. prius: ergo qua ratione poteſt plato cōſeruare ordinē ſue numerationis poterit ⁊ fortes conſeruare ſuū ordinē ideo forte dicitur ꝙ plato nō poteſt conſeruare illū ordinē quē habuit ſicut nec for. potuit qꝛ tūc ſequeretur oppoſita reſpectu platonis ſicut priꝰ dictū fuit de for. qꝛ tūc ſequit ꝙ ſicut plato priꝰ cōpleuit circulationē aut priꝰ numerauit .a. quā .b. aut .b. quā .c. etiā modo prius numeraret .a. quā .b. aut .b. quā .c. ꝙ eſt impoſſibile cum imediate poſt hoc tam numerabit .a. quā .b. ⁊ ideo non poteſt plato vt dicit forte cōtinuare illū ordinē numerādi qꝛ numerabit modo retrogrado ſicut ⁊ for. ſed cōtra hāc reſpōſionē arguit ſic ꝙ idē incōueniēs quod ex priori reſpōſione ſequit ⁊ ex priori ordine numerādi ſequit cōtra quēcūqꝫ aliū modū dicēdi ſi .n. plato cōtinue ſeruabit modū retrogradū numerādi ſicut ⁊ fortes cōtra tūc ipſe priꝰ numerabit .c. quā .b. ⁊ .b. quā .a. ꝯñs tamē falſū ⁊ contra caſū qꝛ ipſe imediate poſt hoc numerabit quodlibet illoꝝ ſicut ipſe imediate añ hoc numerauit qꝺlibet iſtoꝝ nec pōt dici ꝙ plato nō imediate ante numerauit vel potuit numerare quodlibet iſtoꝝ ſucceſſiue qꝛ imediate añ hoc plato numerauit iſta infinities ſucceſſiue: ergo ſi adhuc ſit plato ita bene diſpoſitus ad numerandū ſicut imediate añ hoc fuit ſequit ꝙ ipſe imediate poſt hoc pōt numerare ea eodē mō quo deſinit numerare ea ⁊ ſi plato non poſſet incipere numerare eas vnitates ſicut iā deſinit numerare eas ſequit eadē ratiōe ꝙ ſi plato iā deſineret moueri vel quieſcere ita ꝙ in prima pte iſtiꝰ hore fuiſſet plato motꝰ ⁊ in ſcd̄a quieſceret ⁊ in tertia motꝰ ⁊ in q̄rta quieſceret ⁊ ſic deinceps vſqꝫ in hoc inſtans ꝙ eſt preſens ⁊ ſit illud vltimū inſtans illius hore ⁊ quod iam quieſcat ⁊ quod imediate ante hoc infinities fuit motus ⁊ infinities quieuit ⁊ ꝙ nunc non poteſt conſimiliter incipere moueri ⁊ quieſcere ſicut priꝰ mouebatur ⁊ quieuit ꝙ nō videt rationale qꝛ qua ratione potuit ſic ſe habere imediate añ hoc inſtās ſeqt ꝙ cōſimiliter pōt ſe habere imediate poſt hoc inſtās ſꝫ arguit ꝙ nō per iſtā reſpōſionē qꝛ ipſe tūc nō priꝰ quieſceret poſt hoc quā ipſe mouebit ⁊ nō ſimꝉ q̇eſcet ⁊ mouebit: igit iuxta reſpōſionē nō poteſt ſe habere imediate poſt hoc ſicut imediate ante hoc ſe habuit. ¶ Etiā contra hanc reſponſionem arguitur ſic ſi enim plato in caſu poſito tali non poterit incipere moueri ſicut deſinet moueri quia tunc non prius quieſcet poſt hoc quā mouebitur poſt hoc ⁊ econtra nec poterit ſimul quieſcere ⁊ moueri eadem ratione ſequitur quod ipſe tunc nō poterit deſinere moueri ſicut poſitum nunc eſt in caſu iſto quia tunc ſequitur quod ipſe non poſterius quieuit quā mouebatur nec econtra quia ipſe imediate ante hoc mouebatur ⁊ immediate ante hoc quieuit ſicut ē poſitum in caſu iſto: igitur ⁊c̄. ideo pro iſto dicitur quod eſt ſatis poſſibile quod plato incipiat numerare illas tres vnitates ſcilicet .a. b. c. infinities ſicut iam deſinit numerare illas infinities ſicut iam poſitum eſt in caſu iſto. ¶ Sed vlterius quando ponitur quod ipſe incipiat numerare illas ſecundum eundem ordinem iuxta quem ipſe etiam deſinit numerare illas ita quod prius numeret .a. quam .b. dicitur quod hoc eſt impoſſibile nec ipſe poteſt incipere ſic numerare illas ſicut ipſe prius numerauit illas ſicut ſatis probat argumentum pro illa parte tunc enim ſequitur quod prius numerabit .a. quam .b. ⁊ .b. quam .c. quod manifeſte repugnāt caſui cum ex caſu ſequitur quod ipſe immediate poſt hoc numerabit omnes illas vnitates ideo conceditur quod iuxta iſtum ordinem poteſt plato incipere numerare omnes illas vnitates tres iuxta caſum poſitum ⁊ quod ipſe immediate poſt hoc numerabit iſtas infinities ⁊ non ſimul nec .a. prius .b. nec prius .c. nec ecōtra vnde ſicut prius dicebatur quod immediate poſt inſtans quod eſt preſens erunt duo contradictoria vera vt puta .a. ⁊ .b. ⁊ tamen nec prius erit .a. verum quā .b. nec econtra nec illa erunt ſimul vera ⁊ ſatis apparet quod non procedit argumentum factum. ¶ Et conſimiliter dicitur in alio caſu quo ponitur quod plato deſinat infinities moueri ⁊ infinities quieſcere ⁊ quod cōſimiliter inciperet moueri ⁊ quieſcere conceditur in caſu quod ipſe non priꝰ mouebitur quod quieſcet nec econtra ⁊ ſatis patet quod non procedit illud argumentū factū ⁊ ꝙ for. poterit icipere numerare illū numerū infinitū ſcd̄m eundē ordinē ſcd̄m quē priꝰ numerabit ipſe incipiente fortes a p̄ma vnitate numerare .a. quā prius incepit qꝛ añs ſupra qꝺ fundat illō argumentū ad ꝓbādū idē .ſ. ꝙ plat. pōt icipere numerare .a. b. c. vnitates iuxta eundē ordinē ſecundū quē ipſe prius numerauit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

cas eſt falſum. ¶ Sed forte conceditur quod ſic qꝛ plato iam deſinit numerare illas ſecundū aliquem ordinē ⁊ quotienſcunqꝫ detur ille ordo eadem ratione ſequitur quod ipſe poteſt incipere numerare illas ſecundū eundem ordinem quia ſicut prius dictum eſt idem accipiet inconueniens ponendo ꝙ plato deſinet numerare illas vnitates illo modo ſecundū eundē ordinē .a.b.c. ſic acciperet ponēdo ꝙ ipſe inciperet numerare illas vnitates ꝯſimilit̄ qꝛ tūc ſequit̄ qꝺ ipſe imediate añ hoc inſtās numeraſſet eas ſucceſſiue ſcḋm illū ordinē .a.b.c. ⁊ tamē nō prius numerauit .a. quā .b. nec .b. quam .c. nec econtra ideo dicit̄ quod platonē incipere numerare iſtas tres vnitates ſecundū talem ordinē .a.b.c. eſt dupliciter vl' deſinere numerare illas vnitates ſecūdū talē ordinem eſt dupliciter vel ſic quod ille incipiat numerare illas ita ꝙ prīus icipiat numerare .a. ꝙꝫ .b. ⁊ .b. ꝙꝫ .c. ⁊ hoc ē īpoſſibile ſicut prius dictū eſt vel ſic qꝺ ipſe incipiat numerare illas ita quod nūꝙꝫ imediate poſtꝙꝫ numerauit .a. numeret .c. ſed .b. ⁊ .a. imediate poſt .c. ⁊ nō .b. imediate poſt .c. ⁊ ſic loquendo foret talis ordo poſſibilis ⁊ nō alius ex tali ordine nō procedit argumentū ⁊c̄.

Decimūnonū ſophiſma.

q Uicquid auditur a ſoz. profert̄ a platone. Ponatur quod plato proferat iſtā propoſitionē nullus homo eſt aſinus ⁊ quod ſoz. nihil audiat niſi iſtam propoſitionē homo eſt aſin⁹ vel partem iſtius que ſit pars illius negatiue propoſitiōis prolate a platone nullus homo eſt aſinus. quo caſu popoſito arguitur ſic omne quod auditur a ſoz. eſt iſta propoſitio homo eſt aſinus vel aliquid hui⁹ propoſitionis ſed omne quod eſt iſta propoſitio vel aliquid illius eſt prolatum a platone: igitur quicquid auditur a ſorte profertur a platone ad oppoſitum arguitur propoſitio affirmatiua auditur a ſorte ⁊ nulla propoſitio affirmatiua profertur a platone: igitur non omnis propoſitio que auditur a ſorte profertur a platone conſequētia patet ⁊ aſſumptū arguitur ſic ſortes audit iſtam propoſitionem homo eſt aſinus ⁊ hec eſt affirmatiua: igitur propoſitio affirmatiua auditur a ſorte conſequentia patet ⁊ maior ⁊ minor ſic arguitur hec eſt vna propoſitio cathegorica cuius principale verbū non negatur per negationē aliquā implicitam vel explicitam. igitur eſt affirmatiua ⁊ quod plato non proferat aliquam propoſitionem affirmatiuā arguitur ſic cuiuſlibet propoſitionis prolate a platone principale verbum negatur ergo eſt negatiua antecedens arguitur ſic omne verbum alicuius propoſitionis prolate a platone negatur: ergo cuiuſlibet propoſitionis prolate a platone principale verbū negatur conſequentia patet ⁊ antecedens arguitur ſic hoc verbū eſt in iſta propoſitione nullus homo eſt aſinus negatur ⁊ eſt omne verbū alicuius propoſitiōis prolate a platone ergo ⁊c̄. ponatur autem quod ipſe nō proferat aliquā propoſitionem niſi illam nullus homo eſt aſinus vel partes illius quo poſito patet ſatis quod omne verbū alicuius propoſitionis prolate a platone negatur ⁊ ſi ſic ergo vt prius quelibet propoſitio prolata a platone eſt negatiua. Preterea falſū audit̄ a ſort. ⁊ nullum falſum profertur a platone quia plato nō profert aliquā propoſitionem niſi hanc: null⁹ homo eſt aſinus vel partes eius ſed iſta nō eſt falſa nec aliqua pars illius quia tunc ſequitur quod aliqua pars illius propoſitionis ſignificaret falſum ⁊ cum totum ſignificet omne illud quod ſignificat aliqua eius pars: ergo tota illa propoſitio nullus homo eſt aſinus ſignificaret falſum. preterea nihil profertur a platone nec eſt poſſibile quod aliquid proferatur a platone: ergo non quicquid auditur a ſoz. profertur a platone: aſſumptū arguitur nā ſi aliquid profertur a platone plato profert aliquid ſed arguitur quod non imo probatur quod hoc ſit impoſſibile quia ſi plato proferat aliquid ſit illud .a. gratia exempli tunc vel eſt .a. ſucceſſiue prolatum vel ſubito ſi dicatur quod ſubito contra nulla vox poteſt ſubito proferri quia tūc ſequitur qꝺ iſta vox foret indiuiſibilis qꝛ nulla vox diuiſibilis poteſt ſubito proferri quia ipſa nō poteſt ſubito extendi per omnes partes alicuius medij quo profertur quantūcūqꝫ modicū ponatur illud medium eſſe: igitur nulla vox diuiſibilis poteſt ſubito proferri nec aliqua vox indiuiſibilis poteſt ſubito proferri quia nulla vox eſt indiuiſibilis nec poteſt eſſe indiuiſibilis quia quelibet vox eſt accidens per ſubiectū extenſum vel in aliquo ſubiecto quia non eſt aliqua vox non extenſa: igitur nulla vox poteſt eſſe indiuiſibilis ſequitur ergo quod nulla vox poteſt ſubito proferri ⁊ ſic non eſt poſſibile quod plato proferat ſic aliquam vocem quod ipſa iam ſit ſubito prolata ſecundū ſe ⁊ quamlibet ſui partem ⁊ nunquā fuit prius aliqua pars illius prolata nec aliqua pars illius nunquā proferetur poſt hoc: igitur ſi plato proferat .a. vocem ſequit̄ quod ipſe ſic proferat quod aliqua pars prius fuit prolata ⁊ qꝺ alia adhuc eſt proferēda ſed tamen probo quod plato non profert .a. vocem in caſu poſito nam .a. vox nō eſt adhuc prolata nec incipit eſſe prolata nam nunquam erit aliqua vox prolata antequā quelibet eius pars fuerit prolata ſed adhuc non eſt quelibet pars eius prolata: ergo nō adhuc eſt .a. vox prolata nec incipit eſſe prolata quia non imediate poſt inſtans quod eſt preſens erit quelibet pars eius prolata: ergo non adhuc eſt .a. vox prolata nec incipit eſſe prolata ⁊ ſi ſic: ergo nullus profert .a. vocem quia qua ratione aliquis ꝓfert .a. vocē ſequit̄ ꝙ ille ꝓfert totā illā ꝓpoſitionē ⁊ nō ſolū vnā ꝓpoſitionē ſed etiā pſalmū ſuū ⁊ miſſā poſito quod ipſe cōtinue proferat de miſſa quouſqꝫ protuliſſet totam miſſam ⁊ ſequitur etiam quod qua ratione ipſe profert illam vocem quod infinities ante hoc protuliſſet ipſe illam vocem ⁊ etiam totum pſalmū ſuū: tunc etiam ſequitur quod ita cito ſicut aliquis icipit dicere aliquod verbū pſalmi ſui quod ipſe incipit dicere totū pſalmū ſuū ⁊ ſi ſic ſequitur quod non pro quolibet pſalmo ſuo quem ipſe dixit meruiſſet ipſe vnum denariū ⁊ tamē in rei veritate eſt valde carū dicere ſalmū propter denarium. Itē etiam ſequitur quod aliquis infinities dixit pſalmū ſuū per vnam horam ⁊ tamen poteſt eſſe quod ipſe non dixit vnū verbum pſalmi ſui quod apparet falſum hec ⁊ alia abſurda ſequūtur expoſitione que ponit quod eſt poſſibile quod aliquis proferat aliquam propoſitionem ſicut alias diffuſe oſtenſū eſt ad ſophiſma dicitur quod eſt impoſſibile quia ſicut iā probatum eſt non eſt poſſibile quod aliquis proferat aliꝙꝫ propoſitionem vel aliquid in mūdo proprie loquendo de proferre ⁊ ad argumentum in oppoſitum ſophiſmatis quando arguitur omne quod auditur a ſorte eſt iſta propoſitio homo eſt aſinus vel pars illius ⁊ omne ꝙ ē iſta propoſitio vel pars illius profertur a platone ergo ⁊c̄. huic dicitur qꝺ minor eſt īpoſſibilis ſicut ſophiſma Et ſi dicitur quod illud ſequitur in caſu poſito ad illud dicitur quod caſus eſt impoſſibilis quia tamen illa res poſita non vadit ad argumentum nec ad propoſitum argumenti ideo arguitur ſic omne quod auditur a ſorte eſt prolatum a platone ſumēdo totum illum terminū prolatum eſt pro illo termino profertur ⁊ tunc redit argumentum ⁊ in caſu poſito ꝯceditur quod omne quod auditur a ſorte eſt prolatum a platone ⁊ ad argumentum quando dicitur quod non quia nulla propoſitio affirmatiua eſt prolata a platone ⁊ aliqua propoſitio affirmatiua eſt audita a ſoz. ergo non quicquid auditur a ſorte profertur a platone huic dicitur concedendo conſequentiam ⁊ negando antecedens maior autem eſt falſa quia hec propoſitio homo eſt aſin⁹ que eſt pars illi⁹ propoſitionis nullus homo eſt aſinus eſt affirmatiua et illa eſt prolata a platone ⁊ ad argumentum quando



arguitur quod non eſt affirmatiua quia principale verbū in illa negatur: ergo eſt negatiua ⁊ vltra: ergo nō eſt affirmatiua ſed pro iſto dicit̄ negādo hanc conſequentiam principale verbum in hac propoſitione negatur ergo eſt negatiua vñ ad hoc ꝙ aliꝗ ꝓpoſitio ſit negatiua requirit̄ quod ꝑncipale verbū negat̄ per aliquod illi⁹ ꝓpoſitionis ſed ſic non eſt in propoſito negatio enim negans verbū principale huius indefinite hō eſt aſinus nō eſt aliqd illi⁹ indefinite ſed illius vniuerſalis negatiue null⁹ hō eſt aſin⁹ ⁊ ideo nō ſequit̄ ꝙ illa ſit negatiua ad aliā formā qñ arguitur ꝙ nullū falſū eſt prolatū a platone huic dr̄ negādo hoc concedit̄ etiā ꝙ iſta ꝓpoſitio indefinita hō eſt aſin⁹ ꝗ eſt pars illi⁹ vniuerſalis null⁹ hō eſt aſin⁹ eſt falſa ⁊ ſignificat ſicut eſt falſū eſſe nec requirit̄ ꝙ oē totū ſignificet ſicut ꝗlibet eius pars ſignificat imo in maiori pte nullū huiuſmodi totū ſignificat ſicut ꝗlibet eius pars vel ſicut aliꝗ eius pars ſignificat qꝛ nulla talis pars ſignificat aliꝗliter ēē vel ſi aliꝗ pars ſignificat aliqualiter eſſe ipſa tñ ſignificat aliter eſſe quā totū cuius eſt pars ⁊ in rei veritate nō eſt poſſibile ꝙ oē totū ſignificet ſicut ꝗlibet ei⁹ pars vñ tñ eſt imaginabile ꝙ ſic qꝛ imaginabile eſt ꝙ quantūcūqꝫ modica ſit aliꝗ pars alicui⁹ ꝓpoſitiōis quod ipſa ſignificet tantū ſicut tota iſta ꝓpoſitio cui⁹ eſt pars ſed illud nō ē poſſibile de facto iō ⁊c̄. Ad vltimā formā ꝯtra ſophiſma dicit̄ vt pri⁹ ꝙ nō eſt poſſibile ꝙ aliquid ꝓferat̄ ⁊ ꝙ aliquis ꝓferat aliqd ⁊ iō poſito ſophiſmate ſub iſtis terminis oē qꝺ auditur a ſorte ē ꝓlatū a platone nō habet idē argumentū viꝫ ſed forte arguit̄ ꝯtra iſtā reſponſionē ꝗ ponit ꝙ nō ē poſſibile ꝙ aliquis ꝓferat aliquā ꝓpoſitionē vel vocē qꝛ eadē ratione ſequit̄ ꝙ nō eſt poſſibile qꝺ aliqs faciat aliquid vel ꝙ aliqs hō loquat̄ aliqd nō rñs ſcit ea que dicit. Itē ꝙ nō ē poſſibile qꝺ aliqs hō ferat aliquid qꝺ opponēs dicit. Itē ſequit̄ ꝙ null⁹ hō pōt ꝓferre aliquā propoſitionē nec aliquā vocē ⁊ ꝙ null⁹ hō pōt moueri quia vt dictū eſt nō eſt poſſibile ꝙ aliquis hō ꝓferat aliquā vocē nec ꝙ aliquis faciat aliquid ꝙ ipſe nō pōt ſubito facere vel ſaltē ꝙ non eſt poſſibile ipſum facere ꝙ ipſe nō pōt ſubito facere ⁊ ſic de alijs infinitis incōuenientibus vt dicūt multi que ſequūt̄ ex iſta opinione ſed quātū ad cōcluſiones hic recitatas eſt ſufficienter dictum in vno ſophiſmate p̄cedente dicto multa tñ ponuntur contra ex iſta reſponſiōe que ſatis bene ſequūtur ex iſta poſitione nec ſunt incōueniētia multa tñ ꝓponūt̄ ꝗ ſunt incōueniētia que nullā euidentiā habēt contra reſpōſionē nec plus ſequūtur ex iſta reſponſione quā ex aliꝗ alio neceſſario ſicut ſatis patet intuēti quāuis .n. non ſit poſſibile ꝙ aliquis faciat aliquid ſucceſſiuū nō tñ ꝓpter hoc ſequit̄ ꝙ ipſe nō poteſt facere aliquid ſucceſſiuū. nec ſequit̄ quāuis nō ſit poſſibile ꝙ aliquis hō loquat̄ totū ſalmū ſuū in inſtanti quod ꝓpter hoc nō foret poſſibile ꝙ aliquis loquat̄ vñ in rei veritate ſi foret poſſibile homine loqui vnā ꝓpoſitionē litterā vel dictionē in inſtanti ſequit̄ eadē ratione ꝙ ipſe diceret ſalmū ſuū in inſtanti vñ ſi ſit poſſibile ꝙ aliquis faciat vnā modicā actionē ſucceſſiuā inſtanti ſequit̄ ꝯñs ter reſpondēdo eadē ratione ꝙ quācūqꝫ actionē quā aliquis pōt facere in quātūcūqꝫ magno tempore ꝙ poſſibile eſt ipſum facere eandē actionē in inſtanti ⁊ ideo nō eſt poſſibile ꝙ aliquis faciat aliquā actionē de preſenti que nō poteſt fieri inſtāti nō bene ſequit̄ ſoz. facit talē actionē quecunqꝫ fuerit igit̄ inſtāti faciꝫ illā ⁊ quelibet actio ꝗ poteſt in inſtanti ⁊ ſubito fieri poſſibile eſt ſoz. facere eā vnde nō ſequit̄ nō eſt poſſibile ꝙ ſortes faciat illā actionē: igit̄ ſoz. nō poteſt facere illā actionē ſed cōcedit̄ ꝙ ſoz. pōt facere vnā actionē ſucceſſiuā ⁊ faciet in caſu vnā actionē ſucceſſiuā ⁊ tñ nō eſt poſſibile ꝙ ſortes faciat illā actionē ſucceſſiuā ⁊ ſi arguit̄ qꝛ ſortes faciet actionē ſucceſſiuā in caſu quā iā īpoſſibile eſt facere. huic dicit̄ quod hec non ſequitur qꝛ idem eſt dicere hanc actionē poſſibile eſt ſortē facere ⁊ ſortes poteſt facere hāc actionē ⁊ ideo quia ſortes pōt facere hāc actionē iō hāc actionē poſſibile ē ſoz. facere vtraqꝫ .n. ꝓpoſitio ſumit̄ i ſenſu diuiſo ſꝫ iſta ꝓpoſitio poſſibile eſt ſortem facere hanc actionem ſumitur in ſenſu cōpoſito ⁊ denotatur per iſtam quod eſt poſſibile quod tu facias illā actionē de preſēti ⁊ hoc eſt impoſſibile ſicut iam dictum eſt ideo ⁊c̄. aliter ad ſophiſma arguit̄ ſic ſi quicquid audit̄ a ſorte profertur a platone ſequit̄ ꝙ ſi ſortes diſtet a platone per pedalem quātitatē vel per aliā talē diſtantiā per quā ipſe poterit bene audire vocē platonis tunc vel ipſe ſoz. poteſt ita cito incipere audire vocē platonis ſicut plato incipiet proferre aliquid vel nō: ſi ſoz. poteſt ita cito incipere audire eū ſicut pla. incipiet proferre. contra ſequit̄ ꝙ quelibet vox quā tunc proferret plato poſito ꝙ ipſe proferret vniformiter propoſitionē ſufficeret multiplicare ſe per totā illā diſtantiā per quam ſortes diſtat a platone ⁊ cum vox dupla ceteris paribus ſufficit multiplicare ſpeciē ſuam in duplo minorem diſtantiā per quā ⁊ vox ſubdupla que eſt ſua medietas poſito ꝙ tota vox ſit cōtinue vniformis acuciei vel grauitatis per totū ⁊ quod mediū per ꝙ fiet multiplicatio ꝯtinue maneat vniforme per totū: cum igitur diuiſa ſit vox iſta in ſubduplū ſubquadruplū ⁊ ſic in infinitū ſicut eſt de omni voce ſequitur ꝙ tota integra vox ceteris paribus poterit multiplicare intentionē ſuā per ſpatiū infinitum ſi foret vniforme ⁊ conſimiliter diſpoſitū ſicut mediū illud per ꝙ ſortes diſtat a platone conſequentia iſta arguit̄ ſic ſicut pri⁹ dictū eſt in quacūqꝫ proportione ſit aliꝗ vox alia maior ceteris paribus in eadem proportione ſufficit illa vox per maiorem diſtantiā multiplicare intentionē ſuā quā ipſa minor poſito ꝙ vtraqꝫ illarū ſit per ſe exiſtens non aucta aliūde quam a partib⁹ ſuis ⁊ ꝙ mediū vtriuſqꝫ vocis maneat totū vniforme ⁊ eque bene diſpoſitū ad vtrāqꝫ illarū vocū ſuſcipiendā ſicut ad alteram ⁊ tunc ſequitur ꝙ in quacūqꝫ proportione eſt aliqua vox minor in eadem ꝓportione ceteris parib⁹ poteſt multiplicare intentionē ſuā ſed aliqua vox infinities excedit aliquam ſui partem ⁊ quelibet pars ſi foret per ſe exiſtens multiplicaret intentionē ſuam per totū mediū inter ſortem ⁊ platonē: qꝛ ex quo ſortes ita cito audit vocem platonis ſicut ipſe profert aliquid ſequitur quod nulla eſt ita modica pars ipſi⁹ vocis platonis quin adhuc minor illa ſufficit multiplicare intentionem ſuam per totum idem medium quia nulla eſt ita modica vox quam profert plato quin adhuc ipſe protulit minorem vocem quam eſt illa antequā protulit iſtam vel tantam ex quo continue protulit voces ſucceſſiue ⁊ ſic ſequitur ꝙ tota vox platonis per infinitam magnā diſtantiam ſi aliqua foret huiuſmodi ſufficeret multiplicare intentionē ſuam conſequens impoſſibile ſimiliter arguitur ſic multiplicare intentionem per totum .a. mediū eſt difficilius ⁊ facilius eſt multiplicare intentionem vocis per medietatem .a. medij quam per totum .a. igitur eſt dare aliquam vocē per ſe exiſtentem que preciſe ſufficit multiplicare intentionem ſuam per medietatem .a. medij ⁊ non per totum .a. medium ſit igitur illa vox .b. tunc arguitur ſic non quelibet vox per quam plato profert ſi eſſet per ſe exiſtens eſſet fortior .b. quia notum eſt ꝙ quantūcunqꝫ acuta ſiue bñ audibilis fuerit aliqua vox ipſa tamē poterit eſſe ita parua in quantitate vel ſaltem ita parua quod eſſet aliqua pars illius ſi eſſet per ſe exiſtens non audiretur per aliquam diſtantiā in mūdo: ergo nō poteſt poni quod quelibet pars vocis platonis eſſet fortior per ſe exiſtens quam eſt .b. ſed .b. per ſe exiſtēs nō ſufficit multiplicare totam intentionem ſuam per totū .a. mediū: ergo nec ꝗlibet pars .a. vocis quā ꝓfert pla. ſufficit multiplicare intētionē ſuā per totū .a. mediū iō forte dr̄ ſicut eſt dicēdū ꝙ poſito ꝙ pla. non ꝓtulit aliquā

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vocē adhuc nec ꝙ in medio illo per quod ſoꝛtes diſtat a platone ſit aliq̄ vox ꝓlata ⁊ ꝙ plato iā incipiat loqui nō eſt poſſibile ꝙ ſoꝛ. iā incipiat audire voceꝫ platonis arguitur tn̄ ꝙ ſic qꝛ q̄libet vox que aliq̄n multiplicabit intētionē ſuā pꝛo hoc mediū ita cito multiplicabit intētionē ſuā per idē mediū ſicut iſta vox erit ſed imediate poſt hoc erit aliq̄ vox platonis q̄ aliq̄n multiplicabit intentioneꝫ ſuā per ideꝫ mediū: ergo aliq̄ vox imediate poſt h̄ multiplicabit intētionē ſuā per ideꝫ mediū: ꝯña patet ⁊ aſſumptū arguiť pꝛo maioꝛi videliceꝫ quod quelibet vox que aliq̄n multiplicabit intentionē ſuam per idē mediū ita cito multiplicabit illā ſicut ipſa erit quia iſta vox tunc erit ita foꝛtis ſicut vnq̄ꝫ poſtmodū erit ipſa: igiť ſi poſtea multiplicabit intentionē ſuā per totum ideꝫ mediū ſuū erit ſufficiēs ad multiplicandā intētionē ſuā per totū illud mediū ſequiť ꝙ tūc multiplicabit intentionē ſuā per totū illud mediū. Similiter quelibet vox ſubito multiplicabit intentionē ſuā per tantaꝫ diſtantiā per quātā ſufficit multiplicare intentionē ſuā ꝙ arguiť ſic itentio vocis eſt ſpiritualis ⁊ nullū tale habet reſiſtentiā in medio que poſſit reſiſtere multiplicationi ſue vt ipſa ſit ſucceſſiua: igiť ad quamcūq̄ꝫ diſtātiā ipſa ſufficit multiplicare intentionē talē ſpiritualeꝫ ita ſubito multiplicabit illā ſed in fine tēpoꝛis quelibet vox platonis multiplicabit intentionē ſuā per totū .a. mediū: igitur ⁊c. Ad hec reſpondeť pꝛimo ad pꝛimū negādo iſtā ꝓpoſitioneꝫ minoꝛē qua dr̄ ꝙ q̄libet vox q̄ aliq̄n multiplicabit intentionē ſuā per totū hoc mediū ita cito multiplicabit intentionē ſuā per mediū ſicut ipſa erit. Et q̄n arguitur qđ ſic qꝛ in pꝛimo inſtāti in quo illa vox erit: erit iſta vox ita foꝛtis ſicut vnquā poſt illud inſtans erit vel foꝛte foꝛtioꝛ dicitur concedendo illam ꝓpoſitionē tanq̄ꝫ poſſibilē ⁊ q̄n arguiť vlterius tunc ex iſta ꝙ illa multiplicabit intentionē ſuā per tantā diſtantiā per quantā vnq̄ꝫ multiplicabit illā diciť negādo cōſequētiā ⁊ cauſa eſt hec qꝛ licet ipſa vox erit ita foꝛtis tūc ſicut vnquā poſtmodū tn̄ poſtea habebit multa ꝓmouētia que tūc nō habebit .ſ. alias voces ſibi iuxta poſitas vl' maioꝛē modū medij ⁊ ſic de alijs iō ⁊c. ¶ Ad aliud q̄n arguiť ꝙ iſta vox quecūq̄ꝫ demōſtreť ſubito multiplicabit intentionē ſuā per tantā diſtantiā per quantā ſufficit multiplicare intētionē ſuā diciť ꝙ nō. Et q̄n arguiť ꝙ ſic qꝛ iſta intentio ſpiritualis nō habet aliqđ cōtrariū in .a. medio reſiſtēte: igiť ſubito pōt fieri qꝛ nō eſt ſibi aliquid contrariū reſiſtēs qđ pōt cauſare ſucceſſione in pꝛoductione illius intētionis ſpiritualis: huic dicitur ꝙ licet ibi nō ſit aliq̄ ꝯrietas pꝛopꝛie dicta inter foꝛmas poſitiuas eſt tn̄ cōtrarietas inter actū ⁊ potentiā ⁊ etiā ſicut inter pꝛiuationē ⁊ habitū: ⁊ ideo non ſequiť q̄n ibidē ſit ſucceſſio ē.n. ibidē ſucceſſio qꝛ iſta vox non ita bene eſt diſpoſita in pꝛincipio ad multiplicandū tantā intentionē ſpiritualē ⁊ per tantā diſtantiaꝫ ſicē poſtea ſed ēt realiť vna vox gn̄āta in aere generat aliā vocē ſibi ſimilē per realē motū noui aeris mouendo aerē qui pꝛius mouebať ſm̄ ſe totū ⁊ ideo cū cauſa vocis ſpiritualis vel intētionis voci que a voce multiplicāť per mediū quieſcēs vl' nō motū ſit ſucceſſiua: ſequiť foꝛmaliter ꝙ iſta vox ſpiritualis ſucceſſiue erit cauſata ⁊ hoc ē ſatis conueniēs experimento citius.n. clamat hō per mediū quā audiať vox eius ab aliquo diſtāte ab ipſo quāuis diligenter diſtans aduertat vt audiret ipſaꝫ vocē ⁊ idē apparuit de tonitruo cuiꝰ ſonꝰ tardiꝰ audiť quā videať fulgur cū iſtā intentionē luminis p̄cedat tonitruus ⁊ ideo nō eſt poſſibile ꝙ ſoꝛtes ita cito incipiat audire vocē platonis ſicut plato incipit pꝛoferꝛ aliquā vocē niſi ſit ratione alicuiꝰ vocis pꝛolate ab alio ſed arguitur foꝛte ꝙ ſic qꝛ aliqua eſt vox indiuiſibilis que poteſt audiri per magnā diſtantiā ſed iſta non fiet ſucceſſiue ſed ſubito: igiť ⁊c. aſſumptū arguiť ſic aliqua vocalis in voce ē indiuiſibilis illa.n. vocalis .a. in duas partes nō poteſt diuidi quia ſi ſic ſequitur ꝙ aliquis poſſet pꝛoferre vnā eius medietatē nō pꝛoferendo aliā conſequens falſuꝫ quia quātūcūq̄ꝫ breuiter ꝓferat aliquis .a. vel velit vel nolit pꝛoferret totū .a. vocalē licet ipſe pꝛoferēs nitatur pꝛoferre vnā eius medietatē non pꝛoferendo aliquā vocalē integre ⁊ ſi ſic: igitur nullū tempus requiritur ad pꝛoferendū talem vocalem quantūcūq̄ꝫ eniꝫ modicū tempus pꝛoferreret aliquis. Sic ipſe pꝛoferret .a. vocalem vel .a. vel .i. vel aliquā vocalē ſi ipſe pꝛoferret aliquaꝫ litterā latinā vel partem alicuius littere latine ⁊ ſi ſic ſequitur tunc quod eadeꝫ ratione talis vox poſſet ſubito audiri ſicut poteſt ſubito pꝛoferri eo quod pꝛolatio illius foꝛet actio magis realis quā auditō ſi auditio foꝛet aliq̄ actio ſꝫ in rei veritate vtraque dicitur paſſio ⁊ nō actio ex modo loquēdi philoſophi: huic reſpondetur ſicut pꝛius quod nulla vox poteſt multiplicare intentionem ſuam ſubito per hoc mediū quantūcūq̄ꝫ modicū fuerit hoc mediuꝫ demonſtratiuū ⁊ quantūcūq̄ꝫ magna ſiue parua fieret ipſa vox ⁊ hoc per ſe non poteſt aliqua vox fieri ſeu pꝛoferri ſubito ſecundū omnes ſuas partes nō ſcđm aliquā ſuaꝫ partem nec poteſt aliqua vox eſſe indiuiſibilis. ¶ Et quādo arguitur quod ſic quia aliter ſequiť quod aliq̄s poſſet pꝛoferre medietatem alicuius vocalis non pꝛoferendo totā vocalem. huic dicitur negando cōſequētiā ſed quacūq̄ꝫ vocali pꝛolata data aliquando fuit in duplo minoꝛ iſta pꝛolata ⁊ aliquādo ī triplo minoꝛ iſta pꝛolata ⁊ aliquando in quadruplo minoꝛ iſta pꝛolata ⁊ ſic in infinitū vnde poſito quod aliquis incipiat ꝓferre aliquaꝫ vocalem ipſe imediate poſtquā inceperit pꝛoferre vocaleꝫ ſubito pꝛofert infinitas vocales vnde nō eſt poſſibile quod aliquis pꝛoferat aliquā vocalem vnā ita quod nō plures ſed quacūq̄ꝫ vocali pꝛolata data illa nō fuit pꝛima vocalis pꝛimo ꝓlata ⁊ ideo quāuis huiuſmodi vocalis nō ſit iſto modo diuiſibilis ꝙ aliquis poſſet pꝛoferre medietatem illius non pꝛoferendo totam illā vocalem eſt tamen diuiſibilis in infinitas partes quarū nulla eſt vocalis. ¶ Ad hoc enim quod aliqua vox ſit .a. vocalis requiritur quod pꝛo tali vocali diſponeretur vel ſaltem haberet conſimilē figuraꝫ ita quod ipſa tota ſit figura vel ſaltem ꝙ non variet eius figura ab huiuſmodi figura cōmuni ſed quacūq̄ꝫ figura data quā poteſt aliqua vox habere notū eſt ꝙ cuiuſcūq̄ꝫ vocis date infinite ſunt partes que non ſunt ſic figurate ſed valde diffoꝛmiter ⁊ nulla talis eſt vocalis cū nulla talis habeat figurā vt dictū eſt pꝛiꝰ igiť ⁊c.

## Uigeſimū ſophiſma.

DEus ſcit quicquid ſciuit probatur ſic ſophiſma deus ſciuit aliquid ⁊ nullius eſt oblitus qđ ſciuit: igitur ⁊c. ¶ Similiter deus ſciuit quicquid credidit qꝛ ſcit omne verū ⁊ nulluꝫ falſum ⁊ nūq̄ꝫ credidit aliquod falſum ſed ipſe non ſciuit aliquid quod ipſe non credidit eſſe verū: igitur ſi ipſe ſcit quicquid ipſe credidit eſſe verū: igitur ſcit quicquid ſciuit. ¶ Similiter in deo non poteſt eſſe aliqua tranſmutatio: ergo in ipſo non poteſt aliqua ſciētia trāſmutari in non ſcientiā nec econtra: igitur quicquid fuit aliquando ſcientia dei vel ſcientia in ipſo adhuc eſt illud idem ſcientia in ipſo vel ipſius ſcientia. ¶ Similiter quicquid deus ſciuit vel ſcit vel ignoꝛat ſed ipſe nihil ignorat quod pꝛius ſciuit qꝛ in ipſo non eſt ignorantia quia ipſe eſt ſumme ſciens ⁊ ſemper fuit: igitur ipſe ſcit quicquid ſciuit. ¶ Ideo ſi cōceditur ſophiſma contra deus ſcit quicquid ſciuit ⁊ deꝰ ſciuit aliquid qđ iam eſt impoſſibile: igitur deus ſcit impoſſibile conſequentia patet ⁊ aſſumptū arguitur qꝛ deus aliq̄n ſciuit iſtā ꝓpoſitionē tu non fuiſti ante hoc inſtās qđ iā eſt nec fuiſti an̄ mediū iſtās externe diei nec poſt quoꝝ vtrūq̄ꝫ eſt iaꝫ poſſibile. ¶ Similiter ſi deꝰ ſcit quicquid ſciuit ſed deus ſciuit aliquā rē: igiť deus ſtit adhuc aliquā rē



